DISPUTATIO INAUGURALIS

De

JUDICIIS,

Quam

Divinâ Adjuvante Gratiâ

Auctoritate & Decreto Magnifici & Illuſtris, in Inclyta & Celeberrima Univerſitate Salana, JCtorum Ordinis

PRÆSIDENTE

Magnifico, Nobiliſſimo & Ampliſſimo Viro

Dn. DOMINICO ARUMÆO JCto Celeberrimo, Hæreditario in Lobdaw & Jeſchwitz/ Conſiliar. Saxon. Facultatis Juridicæ Seniore, Profeſſ. Public. nec non Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſore graviſſimo, Dn. Patrono ac Promotore ſuo, perpetuo honoris cultu venerando, obſervando.

Pro conſequendis ſummis in Utroq; Jure privilegiis, honoribus, & dignitatibus

DOCTORALIBUS.

Die 27. Junij.

Publicè examinandam proponit

CUNRADUS Schlüter/ Hannoveranus.

JENÆ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI,

Anno 1633.

DISPUTATIO JURIDICA

De

JUDICIIS.

Ad quam

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum Imper. Juſtiniano *in l. 2. C. de offic. Præf. Præt. Afr* progredimur.

Thesis I.

CIcero *lib. 1. Offic. in pr.* inquit: Omnis, quæ ratione ſuſcipitur de re aliqua inſtitutio, debet à *Definitione* proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur. Cum vero Definitio quævis duplex ſit, tùm *Nominis*, tùm *Rei*, illaque iterum duo in ſe contineat; videlicet *Etymologiam* & *Homonymiam* ſive ſignificationum varietatem, *Weſenbec. in lib. 3 Cod tit. 1. n. 7.* ideoq; ab his, utpotè quibus benè cognitis eò faciliùs in perceptionem ipſius rei provehimur. *Scalig. exercit. 1. ſect. 1.* initium faciamus.

2. *Dicitur* ergò *Judicium*, vel ſecundùm Varronem *lib. 5. de ling. latin.* à græco verbo δικάζω unde *judicare*, quod tunc jus dicatur, hinc ab *judicando judicium*; vel ſecundùm Iſidorum *in cap. 10. extr. de V. Sign.* quaſi *jurudictio*, à jus & dicere deſcendens, *arg. l. 11. ff. de Juſt. & Jur. Obrecht. Diſp. 11. th. 15.* Et quamvis jura noſtra interdùm inter judicium & jurisdictionem pro varietate magiſtratuum & jurisdictionū diſtinguant; eſt enim judicare mercenarii, jus dicere vero nobilis officii ac Magiſtratus ordinarii. *Weſenb. in lib. 3. Cod. tit. 5. n. 9.* tamen quo ad derivationem *Nominis* nullum dubium eſt, quin non tantùm *jurudictio*, verum & *judicium* à jure dicendo, ſeu dicundo, uti veteres locuti ſunt. dictum & compoſitum ſit, ut ita judicium dicatur *quaſi jurudicium*.

3. Perſpectâ jam *Notatione*, neceſſum eſt, ut etiam quæ-

 dam

dam de *Homonymia* hujus vocis annotemus. Sunt autem hujus verbi variæ ſignificationes, quæ paſſim ex legib. deduci poſſunt: Accipitur enim interdùm pro *Actione*, uti dicitur judicium familiæ erciſcundæ. §. 4. *Inſt. de offic. jud.* interdum pro *diſcretione*, ut quando impuberes & furioſi nullum animi judicium habere dicuntur. §. 1. *Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. l. 48. de Reg. J. l. 12. §. 2. ff. de judic.* interdum pro *Jurudictione. l. 2. §. fin. ff. de judic.* interdùm pro *Condemnatione. 1. ad Corinth. 11. ibi qui manducat & bibit indignè corpus & ſanguinem meum*, judicium *ſibi manducat & bibit*; interdùm pro *ultima voluntate. l. 5. ff. teſtam. quem. aper.* & multis aliis modis, ſicuti videre licet apud *Marant in part. 1. ſpecul. aur. & Schardium in Lexico ſuo*, verb. *judicium*, quibus in locis hic quindecim, is verò tredecim hujus vocabuli ſignificata enarrat Quid autem nobis in hac diſputatione ſignificet, ex definitione perſpicuum evadit.

4. *Nominis* explicationem ſequitur nunc ipſius *Rei definitio*, de qua Dd. valdè invicem diſſentiunt: *Bald. enim in rubr. ff. de judic. & Alberic. in rubr. extr. de judic.* dicunt, *Judicium* eſſe actum legitimum trium perſonarum in judicio contendentiũ, judicis ſcilic. actoris. & rei; Hanc *Cardinal. in rubr. extr. de judic.* improbat, & *judicium* eſſe inveſtigationem, quam facit judex ſecundùm juris ordinem per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicitam cuſtodiendam, affirmat; *Azo verò & alii in d. rubr.* ſtatuunt: *judicium* eſſe cauſam in jure reddendo neceſſariò poſitam, cùm interpoſitione perſonarum; Alii alias in medium afferunt definitiones. Sed nos his & ſimilibus omiſſis, quia vel genere vero, vel differentiis veris deſtituuntur, & quia vel latius vel anguſtiùs patent ſuo definito, putamus *judicium* rectiùs definiri poſſe cùm *Marant. in part. 2. ſpec. aur. quod ſit juſtitiæ miniſtratio, quæ fit à judice in cauſa propoſita coram eo.*

5. Et ne nimis longi in interpretatione hujus definitionis ſimus temporiſq; impenſi quandoq, nos cum *Duareno in pr. hujus tit.* ubi has operas pro nugis habet, pœniteat, ideoq; breviter tantùm dicimus, hanc definitionem eſſe cum ſuo definito convertibilem, & conſtare ſuo genere & differentiis, adeoq; eſſe bonam. *Genus* namq; conſiſtit in verbis *juſtit. miniſtr.* quæ

latiſſi-

latiſſimè patent, ita ut omnis generis judiciis ea applicari poſſe non dubitemus. *Differentia* ponitur in verb. *quæ fit à judice*, nam ad hoc ut ſit judicium, requiritur; ut fiat juſtitiæ miniſtratio à judice, & ſic à perſona publica non privata, quæ etiam aliàs ſine judicio juſtitiam adminiſtrare poteſt, proximo reddendo jus ſuum, *arg. l. 10. §. 1. de Juſt. & Jur.* Ex ultimis denique verbis apparet, quod judicium non poſſit dari, niſi adſit aliqua cauſa civilis vel criminalis; nomen enim (*cauſa*) generale eſt, & comprehendit ſub ſe tàm criminalem, quàm civilem cauſam. *Marant. part. 5. ſpec. aur. n. 66.*

6. Cognitâ judicii definitione, ſequitur ejus *Diviſio*, quæ non minùs ac definitio à variis variè conſtituitur; Nos præcipuas tantùm notabimus, & ordinis diſtinctionisq; gratia ſecundùm cauſarum ſeriem Dialecticam judicia *primùm à cauſa Efficiente, deinde à materia, exinde à forma, poſtremò à fine diſtribuemus.*

7. *A cauſa igitur Efficiente* judicium aliud eſt *Jurisgentium*, aliud *Civile*, Illud eſt, in quo ex æquitate Jurisgentium de ſimplici & plano omni juris civilis, non verò naturalis ſolennitate circumſcripta, proceditur. *cap. 6. extr. de judic.* Hoc verò dicitur, quod legibus & jure poſitivo ordinatum eſt. *arg. l. 2. §. 2. de O. J. l. 4. C. de ſentent. & interloc.*

8. *Civile* rurſum dividitur *in Eccleſiaſticum & Seculare*: *Illud* eſt legitima cauſæ diſceptatio coram Eccleſiaſtico judice, *cap. 4. extr. de judic. Obrecht. d. Diſp. 11. th. 85. Auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cleric.* Et hic judex de omnibus clericorum cauſis tàm criminalibus quàm civilibus cognoſcit, ſi ſcil. clerici ab aliis conveniuntur, *dict. Auth.* ſtatuimus, non ſi Clerici alios conveniunt. *arg. cap. 5. & 8. extr. de for. compet.* *Seculare* eſt legitima cauſæ diſceptatio coram ſeculari judice facta *cap. 5. & 10. extr. de for. compet.*

9. *Utrumq;* hoc judicium tàm Eccleſiaſticum quàm Seculare tribus modis rurſus ſecundùm *Obrecht. d. loc.* ſubdividi poteſt. *Primò* enim utrumq; vel eſt *Competens* vel *Incompetens*: *Competens* eſt illud, quod ventilatur coram judice competenti; dicitur autem *judex competens*, qui habet juriſdictionem &

ejus exercitium vel ſuper res in litem deductas, vel ſuper perſonam Rei, hujus enim forùm actor ſemper ſequi tenetur, *l. 3. princ. de alienat. judic. mut. cauſa fact. l. ult. C. ubi in rem act.* adeò autem coram judice competente agi debet, ut non tantùm litigatores, ſi apud incompetentem judicem cauſas inſtituunt & peragunt, puniantur, ſed etiam ipſe judex ſi eas exequitur, actor enim cauſa cadit, reus pro condemnato habetur, & judex executor capitali pœna afficitur, *l. 5. C. de jurudict. omn. judic.* *Incompetens* verò judicium dicitur, quod tractatur coram judice incompetenti. de quo habetur *per tot. tit. C. ſi à non compet. jud.* Dicitur verò *incompetens judex*, non ſolùm ex defectu jurisdictionis, ſed etiam ex quam pluribus aliis cauſis. Poteſt tamen multis modis contingere, ut judicium aliàs incompetens, competens efficiatur: Ut ſi reus cum actore coram Magiſtratu ordinario & incompetenti judicium accepit, tûm enim non poteſt amplius fori præſcriptionem objicere, ſed finem incepti judicii expectare debet. *l. 4. C. de jurudict.* quia exceptio ſeu præſcriptio fori eſt dilatoria, at exceptio dilatoria ante litem conteſtatam opponi debet. *l. 13. C. de procurat.* itaque qui eâ omiſsâ litem apud judicem incompetentem conteſtatur, videtur exceptioni incompetentis judicis renunciaſſe, & in judicem illũ conſenſiſſe. *Cujac. lib. 4. obſerv. cap 23.* plures vide apud *Speculator. in tit. de competent. jud. §. 1.*

10. *Secundò*, Utrumq; eſt vel *Ordinarium* vel *Prorogatum*. *Illud* hoc loco non dicitur id, in quo juris ordine obſervato proceditur, de quo paulò poſt; ſed quod coram judice ordinario peragitur, de quo eſt *tot. tit. extr. de offic. jud. ordin.* *Prorogatum* eſt, quando cauſa coram non ſuo vel incompetente judice de conſenſu partium peragitur. *l. 1. & 2. ff. de judic. l. 18. de jurisdict.* & licet ſententia ab incompetente judice lata aliàs non valeat *l. 1. & ult. C. ſi à non compet. judic.* tamen in prorogato judicio ſubſiſtit, quia ipſius jurisdictio conſenſu partium ad illam cauſam extenditur *d. l. 18. de jurisd. l. 1. C. eod.* Fit autem *Prorogatio* quatuor modis: 1. de perſona ad perſonam *l. 1. & 2. de judic.* ut cum litigantes ſe ſubducunt competenti judici & ſubmittunt ſe alii, cui non ſunt ſubjecti. 2. de re ad rem; ut

ut cum judex non poſſit cognoſcere, niſi de ſumma infra centum aureos, tùm poſſunt partes habentes cauſam majoris ſummæ extendere ipſius jurisdictionem, & facere ut ille judex cognoſcat de tali ſumma. *l. 74. §. 1. de judic.* 3. de tempore ad tempus; ut quando judex habet limitatam jurisdictionem certo tempore finiendam, tunc poſſunt partes facere, quod ultrà illud tempus judex cognoſcat & judicet, *l. 2. §. 2. de judic.* 4. de loco ad locũ; ut ſi partes conveniant, quod judex Brunſvicenſis cognoſcat & pronunciet in territorio Hamburgenſi, hoc enim poſſunt facere partes, modo judex iſtius loci ſcilic. Hamburgenſis conſentiat huic prorogationi. *Bart. in l. 100. de ſolut.*

11. *Tertiò* diſtinguitur utrumq; *in Ordinarium & Delegatum. Illud* eſt, quod ventilatur coram judice ordinario, uti th. præced. dictum. Dicitur verò *Ordinarius judex*, qui eſt creatus à non recognoſcente ſuperiorẽ, vel ab alio, qui habet poteſtatem concedendi ordinariam jurisdictionem, ut præſit univerſali jurisdictioni alicujus civitatis vel provinciæ; Exinde enim quod committitur alicui univerſitas negotiorum, cognoſcitur quis ordinarius, niſi expreſsè in commiſſione dicatur, ſe ſaltem ipſi delegare cauſas, vel facere eum tantùm delegatum, tunc enim tantùm efficitur Delegatus univerſitatis non ordinarius, *Marant. part. 4. diſt. 5.* Adhoc autem ut quis ſit Ordinarius non requiritur territorium, cum etiam ſine territorio talis quis eſſe poſſit *Felin. in cap. 7. n. 1. de probat. & cap. 3. de offic. judic. ordin. in ſexto. Hoc* verò eſt, quod ventilatur coram judice delegato, *tot. tit. extr. de offic. de leg. & ff. de eo cui mand. eſt jurisd.* Et dicitur, *is judex delegatus*, cui à Principe vel ab Ordinario, vel à Principis delegato cauſa committitur, & hic vices delegantis gerit, nihilq; proprii habet, quo ad jurisdictionem, ſed iſtius ſolùm tantùm uſum *l. 1. §. 1. de offic. ejus cui mand. & l. 3. eod.* Et tantùm de diviſionib⁹ judiciorũ reſpectu cauſæ Efficientis.

12. Ratione *Materiæ* occurrunt potiſſimùm quatuor diviſiones, quarum prima poteſt eſſe, quâ *judicium* dividitur in *Civile & Criminale. Illud* eſt, in quo deducitur cauſa civilis. Hoc verò in quo ventilatur cauſa criminalis. Quænã autem dicatur

 tur

tur cauſa civilis & criminalis? de hoc eſt magna inter Dd. concertatio; Nos verò dicimus cauſam civilē tunc agitari, quando principaliter in judicio agitur ad commodum privatum, ſive talis cauſa proveniat ex delicto ſive ex contractu. Cauſam autem criminalem tunc, quando principaliter agitur ad commodum publicum, ut ſcil. reus puniatur, & pœna non actori ſed fiſco applicetur aut reo infligatur. §. *10. Inſt. de injur. Treutl. Diſp. 12. th. 1. Marant. part. 4. diſt. 1. Weſenbec. dict. loc.*

13. *Criminale* iterum eſt, aut *Capitale*, aut *Non capitale*, *l. 2. & 28. de pœnis. l. 2. de publ. judic l. 4. § 1. ſi quis caution.* (non enim omne criminale eſt capitale, ſed omne capitale eſt criminale, differunt namq; inter ſe tanquam genus & ſpecies criminale eſt genus, capitale verò ſpecies. *arg. l. 47. §. 1. de leg. 3.*) *Capitale* eſt, in quo irrogatur pœna capitalis. Habet autem homo *triplex caput*: Primùm eſt *naturale*, cujus reſpectu crimen dicitur capitale, quando quis damnatur ad mortē naturalem; Secundùm eſt *juris gentium* ſcil. libertas, quia quamdiù homo eſt liber, dicitur habere caput, ſed quando efficitur ſervus, tunc caput non habere dicitur, ſed pro mortuo reputatur. *l. 32. & 209. de R. J. l. 59. §. 2. ff. de cond. & demonſtr.* ubicunq; ergò quis committit tale crimen, propter quod efficitur ſervus pœnæ, ut ſi damnatur in metallū, illa pœna dicitur capitalis, quia amittit per eam libertatem; huc etiam referri poteſt damnatio ad perpetuos carceres, cum par ſit damnationi in metallum & perpetuò libertatem adimat, & licèt hæc pœna de jure civili improbetur *l. 8. §. 9. de pœn. l. 6. C. eod.* tamen de jure Canonico & moribus recepta eſt. *cap. 3. de pœn. in ſexto.* Tertiùm eſt *Civitatis*, ut quando quis ex delicto amittit civitatem deportatione, illa pœna dicitur etiam capitalis. Eſt igitur Judicium *Non capitale*, in quo cuiquam pœna alia præter prædictas irrogatur. Unde quæri poteſt: Utrum pœnæ fuſtigationis & manus abſciſſionis conſtituant capitale judicium? Quod negandum cum *Bartol. in l. 2. de publ. judic.* videtur, ſi ſcilicet hæ abſolutè alicui infligantur; ſi verò his accedat relegatio ſive deportatio, quorum alterutrum plerumque his ſolet conjungi, tunc affirmantibus calculum adjiciamus.

14. Ci.

14. *Civile* porro eſt aut *Reale*, in quo agitur contra aliquem actione reali, aut *Perſonale*, in quo agitur actione perſonali. §. *1. Inſt. de Act.* aut *Mixtum*, in quo agitur actione mixta. §. *quadam Inſt. de Action. l. 22. §. famil ff. famil. erciſcund.* Notandum tamen hic eſt, quod triplici modo actiones poſſint dici mixtæ: 1. cum ſint perſecutoriæ rei & pœnæ ſimul. §. *19. Inſt. de Act.* 2. illæ etiam dicuntur mixtæ, in quibus quilibet litigatorum eſt actor & reus *l. 10. finium reg. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. famil. erciſc.* 3. illæ quæ dantur tàm ad reales quàm ad perſonales præſtationes. *l. 22. §. 4 famil. erciſc.* & hoc modo dicitur hîc judicium mixtum.

15. Horum quodvis iterum eſt aut *Petitorium* aut *Poſſeſſorium*. *Petitorium* eſt, in quo principaliter de proprietate ſeu dominio alicujus rei agitur, utpote Rei vindicatione. *l. 18. § fin. de vi & vi arm.* Publiciana. *l. 7. §. 3. de public. in rem act.* Petitione hereditatis; item ſi agatur ad uſumfructum, vel uſum vel aliam ſervitutem, item quando agitur actione perſonali ad rem jure obligationis non dominii. *Bald. in conſ. 449. volum. 3.* *Poſſeſſorium* eſt, ubi agitur de mera poſſeſſione. *tot. tit. extr. de cauſ. poſſeſ. Marant. part. 4. diſt. 7.* Eſtque triplex: *Adipiſcendæ, Retinendæ & Recuperandæ poſſeſſionis*. Primùm exemplificatur in interdicto quorum bonorum, quorum legatorum, Salviano & aliis; Secundùm in Interdicto uti poſſidetis & utrobi, quorum hoc pro rebus mobilibus, illud pro immobilibus datur; Tertiùm in Interdicto unde vi. Sed hæc aliò pertinent.

16. *Secunda diviſio* ratione *materiæ* poteſt eſſe, quâ dividitur judicium in *Univerſale, Generale & Particulare*. *Univerſale* eſt, quando unius juris petitione plures res ſimul petuntur, etſi ſingulæ nominatim non exprimantur. *l. 1. de Rei Vindic.* ut in hereditatis petitione ſimplici. *l. 18. §. ult. de hered. petit. l. 24. de Verb. Sign.* & hereditatis petitione poſſeſſoria, *l. 2. de poſſeſ. hered petit.* judicio dotis, nam dos continet univerſale. *Bart. in rubr. ſolut. matrim.* item cum juriſdictio, peculium, jus patronatus aut alia univerſitas ex aliqua obligatione petitur, *Gloſ. in l. 4. de impenſ. in reſ. dotal. fact.* *Generale* eſt, in quo unũ qui-

quidem jus unius obligationis, diverſorum tamen capitū deducitur, ut eſt judicium tutelæ, pro ſocio, negotiorum geſtorum *l. 38 pro ſocio*, & deniq; omne id in quo de rationibus quæritur. *Bart. in l. 2. n. 2. de negot. geſt. Specul. in tit. de action. §. ſequitur col. 12.* ubi vid. differentiam inter univerſ. & gener. judicium. *Particulare ſeu ſingulare* eſt. in quo res ſingularis, ex ſingulari contractu petitur, in mandato, commodato, depoſito & aliis. *d. l. 38. pro ſocio.*

17. *Tertiò* poteſt dividi *judicium* in *Conventionale* & *Reconventionale*. *Illud* eſt, in quo prima conventio deducitur *Hoc* verò in quo deducitur ſecunda conventio, quæ fit ex adverſo à reo contra actorem *l. 14. & auth. & conſequenter. C. de ſentent. & interloc.* *Reconvenire* verò poſſunt omnes rei conventi, exceptis excommunicatis *cap. 5. extr. de except* Multis tamen in cauſis non admittitur *reconventio*, ut 1. in cauſis criminalibus, niſi quis injuriarum reconveniat *l. 9. C de his qui accuſ. l 5. pr. de publ. judic.* aut de graviori crimine viciſſim accuſet. *l. 1. C. de his qui accuſ. can. 3. cauſ 3. quæſt. 11.* 2. in cauſis ſpoliationis, ubi ſpoliatus petens ſe reſtitui rem ablatam non poteſt reconveniri. *cap. ult. de ord. cognit.* 3. in cauſis ſpiritualibus coram judice laico *cap 2. & 4. de judic. cap. 25. de decim.* Debet autem *Reconventio* fieri coram eodem judice apud quem inſtituta eſt conventio *l. 22. de judic. Nov. 96. c. 2.* & habet neceſſe re conventus, ut reſpondeat, ſi aliàs & ipſe in ſua conventione velit audiri, eſt enim in utraq; cauſa ſimul & conjunctim procedendum *cap. 2. de ord. cogn.* niſi prius liqueat de una cauſa quàm de altera, vel donata ſit privilegio, ut præ aliis examinetur *l. 1. §. ult. quæ ſent. ſin. appell. reſcind.*

18. *Quartò & ultimò* poteſt *judicium* ratione *materiæ* dividi in *Spirituale* & *Temporale*; Ne tamen confundatur hæc diviſio cùm illa ſupra th. 8. poſita, ideoq; dicimus, ibi conſtitui differentiam inter duas curias ſcil. Eccleſiaſticā & Secularem, hic verò diſcrimen fieri inter res, quæ in judicio agitantur. Appellamus enim *judicium temporale* id, in quod res temporalis, h. e. fundus, equus, pecunia &c. deducitur & hoc poteſt eſſe tàm Eccleſiaſticum quàm Seculare. *Judicium ſpirituale*

verò

verò id, in quo ventilatur res aliqua ſpiritualis vel ipſi annexa & hoc non poteſt fieri niſi in curia Eccleſiaſtica *Bart. in l.3. C. de judic.*

19. Reſpectu *Formæ* poteſt dividi *judiciũ* 1. *in Ordinarium* & *Extraordinariũ. Illud* deſcribit *Marant. part.4. diſt. 10.* ita; quod ſit in quo agitur aliqua cauſa civilis vel criminalis intentata per viam competentis actionis vel accuſationis, & in qua venit irroganda pœna ordinaria à lege vel ſtatuto expreſsè inducta. *Extraordinarium* verò eſt, in quo iſte legitimus & uſitatus ordo procedendi non obſervatur, vocaturq; etiam ſummariũ *L.1.§.18.ff. de exerc. art. l.47.de negot. geſt. tot. tit.ff de variis & extraord. cognit.*

20. 2. In *Simplex* & *Duplex*. *Simplex* eſt, in quo alter litigatorũ actor, alter reus eſt. *Duplex*, in quo uterq; utram perſonam ſuſtinet. §.7. *Inſt. de Interd*, & ab utroq; probationes exiguntur. Intelligitur autem in hoc actor is, qui primùm ad judiciũ provocat *l.13. de judic.l.2.§.1. comm. divid.* non tantùm quo ad ordinationem judicii, ſed etiam quo ad cauſæ deciſionem, ut in dubio pro reo judicetur.*cap.3. in verb. poſſeſſoris teſtes præferentur &c. extr. de probat. Bald. in d.l.13. de judic. cap. 9. n. 28.*

21. *Deniq;* ratione *finis* poteſt *judicium* dividi *in Publicum* & *Privatum. l.1. & 3. de prævaric. l.7. de publ.jud. l. 9.§. 5. de public. Illud* iterũ eſt vel *Populare* vel *Publicũ in ſpecie* ita dictum. *Populare* eſt, in quo de populi cauſa agitur, quod fieri poteſt duobus modis: 1. quando ita agitur de populi cauſa, ut videatur populi eſſe propria, non etiam privati alicujus, ut eſt judicium de albo corrupto. *l.7.de jurud* item interdictum ne quid in loco ſacro fiat, & interdictum de locis & itinerib. publicis *l.1. de loc. & itiner.publ.* 2. quando ita populi cauſa agitur, ut videatur privati alicujus eſſe propria, ut eſt judiciũ populare de ſepulchro violato. *l.3.fin. de ſepulchr. viol. Publicũ in ſpecie ita dictũ eſt*, quod lege aliqua publicorum judiciorum conſtitutũ eſt ad crimina publica vindicanda. Hujus nunc iterum dantur variæ ſpecies, ut crimen læſæ Majeſtatis, adulterii &c. *l.1. de publ jud. Privatum* verò eſt, in quo de cauſa vel jure alicujus privato, tuendæ rei familiaris vel vindictæ cauſa agitur, & ad hoc referri poſſunt omnes contractus & delicta privata. Et tantùm de judiciorum

diviſionib. dixiſſe ſufficiat, nunc ad rem ipſam progrediamur.

22. *Diviſionem* rectè inſequuntur *Cauſæ*, quarum *prima* eſt *Efficiens*; & hæc vel *Remota* vel *Propinqua*. *Remota* eſt Jus *Naturale, Gentiū* & *Civile*. Origenem enim habet ex Jure naturali *Geneſ. 3. can. 47. de pœnit. diſtinct. 1.* Proſecutionem verò ſuā & augmentum ex jure gentium, fuit enim cognitum judicium tàm in veteri, tempore Moyſis *Levit cap. 19.* & Prophetarū *Jerem. cap. 22.* quam in N. Teſt tempore Chriſti; Ampliationem verò ſuam ſeu magis ordinationem ex jure Civili & Canonico, *uti patet ex tot. tit. ff. C. & extr. de judic. Marant. part. 3. in fin.* *Propinqua* ſunt perſonæ in iis, intervenientes; hæ autem ſunt vel *principales*, vel *Acceſſoriæ* ſeu *Adjuvantes*. *Illæ* ſunt *Judex*, *Actor* & *Reus*, de quibus ordine agemus.

23. *Judex*, quaſi jus dicens dictus, *eſt legitimus diſceptator cauſarum in judicium deductarum. arg. l. 14. pr. C. h. t.* Et poteſt dividi in eum, qui *juriſdictionem*, & eum qui tantùm *notionem* habet *l. 81. ff. h. t. l. 5. de re jud. l. 99. de V. S. l. ult. C. ubi. & apud quem cog. in integr. reſt. Obrecht. Diſp. 11. cap. 3. th. 23. Hillig. part. 2. lib. 17. cap. 6. lit. D. Mejer. ad Pandect. lib. 5. tit. 1. th. 21.* *Juriſdictionem* habere dicitur, qui habet poteſtatem de re cognoſcendi judicandi & judicati exſequendi *l. 15. pr. de re jud.* ſive per ſe juriſdictioni præſit, ut Prætor & Præſes *l. 5. & 13. ff. de juriſd.* ſive à Principe poteſtate aliqua præditus ſit, ut qui beneficio Principis Magiſtratu aliquo fungitur. *l. un. ff. ad L. Jul. de ambit.* *Notionem* tantùm (intellige in ſpecie ita dictam, nam aliàs vocabulum Notionis generale eſt, & ſub ſe tàm juriſdictionē quàm notionem ſeu cognitionē ſimplicē comprehendit, *Hillig. d. loc.*) habet, qui cognoſcere & judicare quidem poteſt & debet. *l. ult. §. 14. de muner. l. 74. de judic.* non autem poteſt id quod cognovit exequi *d. l. 5. & 15. de re judic.* ut judex datus, qui etiam delegatus & ſpecialis & pedaneus dicitur *l. 5. C. h. t. l. ult. de off. prætor. tot. tit. extr. de pedan. judic.*

24. Ut autem idoneus ſit judex, requiritur ut ipſe juriſdictioni præſit, vel ab alio, qui judicem conſtituendi jus habet, facultatem judicandi accipiat *l. 12. & 81. ff. h. t.* & ſicuti diverſa ſunt judicium genera, ita etiam diverſi ſunt, qui eos conſtituunt; *Illos* enim *judices*, qui *juriſdictionem principalem habent*,

bent, conſtituebat olim populus, penes quem jure veteri magiſtratuum creatio & jurisdictio erat; poſtquam verò *L. Regia* populus omne ſuum jus in Regem tranſtulit, ex eo tempore facultas iſta penes Principem eſſe cœpit, §.*6. Inſt. de J. N G.& C. l. 1. de conſt. princ. l. un. ff. ad L. Jul. de am. 5. t. Eos* autem, *qui mandatā habent jurisdictionem*, conſtituunt ipſi Magiſtratus, quia dum hi jurisdictionem ſuam alteri mandant, eo ipſo ipſum judicem conſtituunt. *Mejer. lib. 5. tit. 1. th. 26. Pedaneos* deniq; *judices* ſive eos, qui notionem tantùm habent, conſtituunt ii, quibus id lege, conſtitutione, SCto vel more majorum conceditur *l. 12. ff. h. t.* Conceditur autem iis tantùm, qui jurisdictionem habent ſive principalem, ſive minus principalem, h. e. mandatam *l. 3. & 13. de jurisdict. l. 4. §. ult. l. 12. de offic. proconſ.* ideoq; privatus jus dandi judicis non habet. *l. 3. C. de jurisd. l. pen. de judic.* quia nulla lege, nec vi Imperii aut jurisdictionis hæc poteſtas ei competit. Pari etiam ratione judex datus non poteſt aliū judicem dare *l. 5. C. de jud Nov. 82. cap. 2.* niſi ſit delegatus Principis *d. l. 5. Magnif. & Nobiliſſ. Dn. Præſes, Præceptor & Promotor meus æternùm colendus, Diſp. 7. th. 6.* vel Pontificis, *tot. tit. extr. de offic. & poteſt. judic. delegat.* quia hi jurisdictionem habent, & pro Magiſtratibus reputantur. *l. 5. pr. C. de fruct. & lit. l. ult. C. de mod. mulct.*

25. Non autem omnes judices dari poſſunt ab his, qui judices dandi jus habent; *quidam* enim *naturâ* impediuntur, ne judices ſint, *quidam lege*, *quidam moribus. l. 12. §. 2. de judic. Naturâ* prohibentur alii, qui *judicio carent*; & alii qui *judicio uti non poſſunt. Judicio carent* furioſi, qui in continua mentis alienatione verſantur; & omni intellectu deſtituuntur. *l. 14. de offic. præſid. l. pen. C. de curat. furioſ.* ideoq; judices dari non poſſunt, ſecus tamen eſt in eo furioſo, qui habet dilucida intervalla, hunc enim tàm canones quàm leges ad judicandi munùs admittunt. *arg. can. hi qui cauſa. 32. quæſt. 7. l. 39. de judic. l. 8. de his, qui ſui vel alien.* quamvis tutiùs ſit etiam hunc à judicandi munere excludere. *Obrecht. Diſp. 2. de judic. th. 194.* ſi verò talis ab initio rectè judex datus ſit, & poſtea furere cœperit, tùm nihilominùs in officio permanet, ſed judicandi neceſſita-

tem morbus remittit, ideoq; mutari debet *l. 46. ff. h. t.* *Judicio uti non poſſunt* alii *ob defectum ætatis*, alii veró *ob vitium* aliquod corporis; *Illi* ſunt Impuberes, *l. 2. de R. J.* Hinc Goveanus, ſumpto argumento à contrario, ſequi dicit *in l. 2. de juriſd. num. 8.* puberem non impediri quo minus judex eſſe poſſit; ſed cum etiam hujuſmodi ætatis conſilium adhuc ſit fragile & infirmū *l. 1. de minor.* ideoq; minores adhoc ut judices fiant de ſtricto jure cogi non poſſunt, ex ratione *l. 12. de judic.* ubi enim eadem ratio, ibi etiam eadem diſpoſitio eſſe debet *l. 12. de Legib. l. 32. ad L. Aquil. Weſenb. ad tit. Cod. qui pro ſua juriſd. n. 5.* ſi verò quis ſit octodecim annorum, & ex ſcientia & conſenſu partium voluntariè notionem ſuſcipiat, & ita ſententiam ferat, tunc talis ſententia ab ipſo lata ex æquitate ſervatur. *l. 57. de re judic. Magnif. & Nobiliſs. Dn. Præſes Diſp. 7. th. 7. Mejer. lib. 5. tit. 1. th. 31. Obrecht. Diſp. 2. de judic. th 204. Treutl. part. 1. Diſp. 12. th. 7. lit. E.* *Ob vitium corporis judicio uti non poſſunt* ſurdi, qui nihil penitus, vel difficulter exaudiunt *l. 3. §. ſurdus ad SCtum Syllan.* & muti, non qui obſcuré, ſed qui ſine ſignificatione loquuntur, *l. 9. de Ædil. edicto §. 3. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Expedit enim in judicio partes audire, *arg. l. 10. C. de judic.* & interdum interrogare *l. 9. C. eod.* & ſunt etiam de quibus eſt interloquendum *tot. tit. C. de interloc.* hæc verò cum muti & ſurdi præſtare nequeant, ideò hi judices eſſe non poſſunt. Cœcus verò tàm judex dari poteſt, quàm datus non repudiari debet, *l. 1. §. 5. de poſtuland. l. 6. h. t.* cum non viſus, ſed judiciū ſufficiat. *Hillig. part. 2. lib. 17. cap. 24. lit. N. Obrecht. d. Diſp. th. 214. Duar. lib. 1. Diſp. 28.* Niſi in iis cauſis quæ ocularem inſpectionem deſiderant, ut ſi de finibus regendis agatur *Matth. Steph. de juriſd. lib. 1. cap. 17. n. 24. Mejer. lib. 5. tit. 1. th. 32.*

26. Lege Judices dari prohibentur, *alii ratione ſuſpicionis, alii ratione decori*, & denique *alii ratione imperitiæ*. *Ratione ſuſpicionis* prohibentur, 1. pauperes, *l. 6. de muner. & honor.* metuunt enim leges ne tales deprædandi occaſionem ex officio ſumant *Obrecht. d. loc. th. 224.* quanquam melius eſſe videatur, inquirere in vitam, eruditionem, exiſtimationē & fidem quam patrimonium judicis *arg. l. 5. de re milit. & l. 11. §. 1. C. de Advoc. diverſ.*

verſ. judic. 2. Si qui ab altera parte nominatim fuerunt petiti, *l. 47. h. t.* niſi id ſpecialiter à Principe permittatur propter verecundiam fortè judicis petiti *d. l. 47.* 3. Ii qui in propria cauſa judicare volunt *l. un. C. ne quis in ſua cauſ. l. 17. de judic.* quia eſt metuendum ne proprium magis cōmodum quàm juſtitiā promoveant. Plures cauſas ſuſpicionis videre licet apud *Marant. part. 6. de Appell. n. 24. & ſeqq. & Weſenb. ad l. 16. C. de Judic. n. 9. & ſeqq. Ratione decori prohibentur* Sacerdotes in cauſis ſecularibus, quib. opprobrium eſt ſi ſe velint peritos diſceptationū forenſium oſtendere. *l. 23. C. de teſtam. l. pen in pr. de vacat. muner. Treutl. vol. 1. Diſp. 12. th. 9. lit. A.* Non verò in cauſis Eccleſiaſticis *l. 28. §. quod ſi in vico. C. de Epiſcop. & Cler.* ET OB IGNOMINIAM ſenatum moti *l. 12. §. pen. de judic.* Hi verò ſi ſint reſtituti *l. 2. de ſenator.* vel ſi tempus condemnationis ſit elapſum, Judices dari poſſunt *l. 3. §. 1. de Decurion.* Ad eundem etiam numerū referri poſſunt omnes alii, quacunq; juris infamia notati *l. 2. Digeſt. de offic. Aſſeſ. l. 1. ad L. Jul. de vi privat.* ut Judæus *l. 19. C. de Judæis,* item hæreticus; perjurus, proſcriptus, excommunicatus, & qui ob crimen vel pœnam aut infamiam notantur *Weſenb. in tit. C. qui pro ſua jurisd. n. 9. Ratione imperitiæ prohibentur* legum imperiti, in iis ſcil. cauſis, quæ peritiam legum deſiderant *Nov. 82. cap. 1. l. 13. C. de ſent. & interloc.* Non enim in omnibus cauſis requiritur legum peritia, ſed in quibuſdam experientia cum bono judicio ſufficit; hinc artifices de cauſis ſui artificii, & mercatores de cauſis ſuæ negotiationis, & milites de re militari judicare poſſunt. *l. ult. C. de jurisd. omn. jud. l. pen. C. de judic. l. ult. C. de re milit.* Cuilibet enim in ſua arte credendum eſt, *l. 12. de ſtatu hom.*

27. *Moribus denique Judices dari prohibentur* ſervi & fœminæ, non quod judicio careant, ſed quoniam receptum eſt, ut publicis officiis, cujuſmodi eſt, judicare *l. 78. de judic.* nōn fungantur *d. l. 12. h. t. l. 2. de R. J. l. 9. de ſtatu hom.* Servi quidem exinde, quia caput civitatis non habent *l. 3. de cap. diminut.* neque juris publici ſunt participes *l. 175. de R. J. l. 20. §. ſervus de teſtam.* Imò quoad jus civile pro mortuis & nullis habentur *l. 59. in fin. de condit. & demonſtr. l. 32. de R. J.* Hoc tamen non eſt in-

 telli-

telligendum de noſtris hodiernis ſervis, hi enim nomine tantùm ſunt ſervi, at reipſa ſunt & naſcuntur ingenui, quare & judices dari poſſunt. *Mejer. lib.5. tit. 1. th.40.* Mulieres verò propterea, quia inverecundum eſt eas ſe conſortiis virilibus immiſcere *l. 18. C. de procurat.* & maxime periculoſum eſt illas admittere, cum ſint improvidæ, fallaciis expoſitæ, nimium credulæ & inconſtantes *l. 2. §. pen. ad SCtum Vell. l. 22. C. eod. cap. ex parte, de privilegiis,* quod itidem movit Juſtinianum Imp. quod vetuerit mulieres cujusq; negotii arbitras conſtitui *l. ult. C. de recept. arbitr.* Imò ſunt tenaces & avaræ, quo vitio nullum in judice gravius eſt *l. 6. §. ult. de offic. proconſ. l. 18. de offic. Præſid.* & quamvis nihil intereſſe cenſeat *Ariſtot. 2. Polit. 9.* fœminæ ipſæ ad gubernacula ſedeant, an viri qui ſedent ex earum nutu pendeant, affectusq; ſibi dari, & leges imponi ſinant, nos verò talem non admittimus, ſed judicem circumſpectũ, prudentem, conſtantem, inflexibilem, & ab omnibus affectibus alienum requirimus. *l. 19. de offic. Præſid. l. 11. de pœn.* Interim tamen non rejicimus quorundam locorum conſuetudines, quibus inibi introductum eſt, ut mulieres etiam judicis officio fungi poſſint, ſicuti Regina Elizabetha Angliam diuturno tempore feliciter judicavit, *uti ex Thuano conſtat,* Abbatiſſæ quoq; ſuis Monialibus & Clericis ſubjectis jus dicunt, ac contumaces coërcent; *c. 12. de majorit. c. obed. c. 4. de arbitr.*

28. *Secunda perſona principalis Judicii eſt Actor* ab agendo dictus; Unde variê hoc vocabulum accipitur, ut pro Advocato *l. 1. C. ne lic. potent.* Procuratore *l. 25. de procurat.* & dato à tutore, Curatore vel procuratore *l. 11. C. de procurat. l. 12. C. de appell.* item pro Syndico Reipubl. *l. 1. quod cujusq; univerſ. l. ult. §. 13. de munerib. & honor.* & alio diſpenſatore in cauſis privatis *l. 5. §. 5. de doli mali exceptione. l. 40. §. 3. de ſtatu liber. l. 37. de legat. 1.* Hoc verò loco denotat eũ, qui in judicio à parte adverſa ſibi quid fieri darivè petit, unde & petitor *l. 14. §. 1. de condict. furt. l. 12. de probat* & accuſator dicitur *Dd. in l. 4. de edend.* ita ut is qui prior actionem inſtituit ſive ad judiciũ provocat, tàm in duplicibus *l. 13. de judic. Magnific. & Ampliſſ. Dn. Fomann. Præceptor & Promotor meus omni obſequiorum cultu proſequendus &c. in prælection ad*

c. 3.

c.3. X. de probat. quæſt.1. qnam ſimplicibus judiciis ſic appelletur *l.29. de judic.*

29. *Agere autem poſſunt* omnes ii qui volunt (invitus enim nemo agere cogitur *l. un. C. ut nem. invit.* niſi *ex l. diffam.5. C.de ingen. & manumiß.* & aliis quibuſdam caſibus *de quibus vide Azonem in ſummar. tit. C. ut nem. invit. agere n.1.)* niſi prohibeantur *arg. l.43 §.1. de procur. l. 8. ff. de accuſ. c.14. extr. de ſponſal.* Prohibentur verò alii 1. *ob ætatem* & hi *vel in totū*, ut infantes i.e. ſeptennio minores *l.18. C. de jure deliber.* cùm nec authore tutore judiciis intereſſe poſſint *Weſenb ad tit. C. qui legit perſon. ſtand. n. 10. arg. l. 6. rem pupill ſalv. for. vel reſpectu ſui tantum*, ut impuberes infantiam egreſſi & minores, hi enim non per ſe, ſed cum tutore vel Curatore tantùm agere poſſunt. *l.5. de R. J l.11. C.qui dar. tut. poſſ l.2. C qui legit. perſon. ſtand.* Quamvis minores etiam interdum absq; Curatore admittantur, ut in cauſis matrimonialibus, cum enim hi capaces matrimonii, non interdicendum quoq; eis eſt, actionem conjugii exercere, *c.14. de reſtit. ſpoliat.* & in criminalibus *arg. l.8. de accuſat* maximè ſi ſuam ſuorumq; injuriam perſequantur *l. 11. de accuſat.* vel ſi à Curatore liberari petant *l. 32. de minor.* aliàs poteſt regulariter exceptio minorennitatis objici ad impediendum proceſſum, non mod ante ſed & poſt litem conteſtatam. uſq; ad ſententiam definitivam *l.11. C. qui dari tut.* qua omiſſa ſi ſententia lata ſit pro minore, probabilius eſt, eam valere *l.14. C. de procurat. l.ult. C. ſi adverſ. rem judic. pr. Inſt. de author. tut.* 2. *Ob defectum* tàm *ſenſus cujuſdam* quàm *judicii*, & hi iterum *vel in totum* agere prohibentur, ut furioſi, fatui & prodigi. *§. furioſus Inſt. de inut. ſtipulat. l. 5. de reg. Juris. arg. l. 10. ff. de Curat. furioſ. l 10. ff. de tut. & curat.* Ita ut ne quidem adverſario patiente efficaciter agere poſſint. *Weſenbec. ad tit. C. qui legit. perſon. ſtand. num.12. vel reſpectu ſui*, ut ſurdus & mutus, qui per æquè admittuntur ut minores, adverſario non opponente exceptionem inhabilitatis *Weſenb. d loc.* Alii 3. *prohibentur propter Magiſtratum*, poteſtatemvè, ut Magiſtratus annui vel biennales *l. 48. de judic.* non autem perpetui *l.34. de reb. cred.*

30. 4. *Ob pœnam agere non poſſunt* excommunicati *cap.2. 5. & 12. de except.* ne quidem per modū reconventionis niſi in appel-

pellatione *cap.8. 10. & ult.. de except.* quæ ſpecies eſt quaſi defenſionis, & excommunicato in judiciis conceditur *c. 7. de judic.* item hæretici *can. 1. cauſ.4. q.1.* per juri *cap.8. de except.* deportati de jure civili *l.47. de fidejuſſ. l. 14. de novat.* & rei læſæ Majeſtatis criminis *l. ult C. ad l. Juliam Majeſtatis.* 5. Deniq; *prohibentur alii ob conditionem ſtatus*, ut ſervi, *l.44. §.ult. de judic. l.1. C. de precib. Imp. offerend.* hi enim neq; convenire neq; conveniri poſſunt *l. 13. ſi quis caution. l. 6. & 7. C. hoc tit. l. 3. §. 8. de pecul. l. 32. de R. J.* nec valebit ſententia, licèt ſe pro liberis geſſerint *l. 5 C. de Legib.* Sed ſi poſt litem conteſtatam appareat illos eſſe ſervos, reus abſolvetur *d. l. 44. Mejer. lib. 5. tit. 1. th. 88.* ex quibuſdam tamen cauſis adverſum Dominos eis conſiſtere permiſſum eſt, ut ſi de libertate & ſtatu ipſius ſervi agatur, vel alias cauſa publicam utilitatem concernat *l. 53. de judic. & l. 67. eod. l. 7. de falſ. l. 1. ad L. Jul. de annon. l. 20. C. de his qui accuſ. poſſ. l. 7. ad L. Jul. Majeſtat. l. ult. C. eod.* Item *filiifam.* hi enim quamdiu exiſtunt in patria poteſtate ſine patris conſenſu adverſus extraneos agere non poſſunt *l. ult. in fin. pr. C. de bon. quæ liber.* niſi in quibuſdam caſibus, ut ſi pater abſit, vel furore correptus ſit *l. 18. de judic. arg. pr. Inſt. de nupt.* vel ſi filiifam. adulterii accuſatione contra mulieres experiantur *l. 6. §. 2. l. 37. de adult.* item ſi agatur de rebus peculii Caſtrenſis vel quaſi, utpote quarum ratione etiam inter ipſum patrem & filium judicium conſiſtere poteſt. *l. 4. h. t. arg. l. 2. de SCto. Maced.* & aliis modis.

31. *Tertia principalis Judicii perſona eſt Reus*, à re petita dictus *c. forus de V. S.* qualis non modò dicitur is, cujus res in judicio diſceptatur, ſed etiam cujus de re extra judicium agitur, unde reus debendi *l. 21. §. 3. de fidejuſſor.* promittendi *l. 3. 4. 6. & 7. de duobus reis.* Stipulandi *l. 1. & 14. de duobus reis.* Credendi *l. 34. de recept. arbitr.* hic verò nomen illud tribuimus illi, qui in judicio convenitur. *Conveniri* autem *poſſunt omnes, qui non excipiuntur*, ita ut etiam inviti neceſſe habeant reſpondere *l. 83. §. 1. de V.O. l. 5. in fin. de dol. mal. & metus except.* *Excipiuntur verò* 1. quidam *ob judicii imbecillitatem* infantes, furioſi, fatui, *arg. l. 5. de R. J.* & hi quidem ſimpliciter Pupilli verò infantiam egreſſi non aliter rei eſſe poſſunt, quàm tutore authore *l. 54. de re judic.* ut nec prodigus aut minor abſq; curatore *l. 45. § ult. de re judic.* Quamvis

vis valeat judicium ſi contra eos non excipiatur, quoad commodum eorum, non autem quoad incommodum *Weſenbec. d. loc. n. 45.* 2. *Obſtatum*, ut ſervi, & qui pro his habentur *l. 6. C. de judic. l. 4. ff. eod.* Non autem filiifam. hi enim tàm ex contractibus quàm delictis conveniri poſſunt *l. 57. de judic.* & obligantur ſicut Patresfamil. *l. 5. §. 5. l. 39. de O. & A.* 3. *Ob dignitatem* quoq; Magiſtratus, quamdiu in officio ſunt, neq; ipſi neq; pupilli eorum conveniri queunt, ſed tùm demum cum officium Magiſtratus depoſuerint. Unde quinquaginta dies ei, qui in provincia Magiſtratum geſſerat, permanendum erat, & ſi excedebat, reducebatur pro diebus quinquaginta ſex menſes commoraturus *l. un. C. ut omnium judic. tàm civil. Hillig. lib. 17. cap. 5. lit. G.* quod tamen de majoribus & temporariis intelligendum eſt *l. 32. de injur. l. 2. de in jus vocando.* Illuſtres verò ſemper ſicut agendo ita excipiendo procuratorem in negotii ſui jura ſubſtituere debent *l. 25. C. de procurat.* 4. *Ob juſtum impedimentum* legati & alii negotiorum executores (ut qui teſtimonii vel judicandi cauſa, vel tutelæ unius reddendæ gratia evocati ſunt) conventi reſpondere cogi non poſſunt, ſed jus revocandi domum habent *l. 2. §. 3. l. 5. 8. 24. de judic.* niſi *primò* in legatione contraxerint, vel reliqui ob alias cauſas extra domum morantes inibi ſeſe obligarint, ob id enim ſe defendere debent, adeò ut etiam propter delictum ab ipſis, in expeditione conſtitutis commiſſum judicium pati cogantur, *l. 24. & 25. de judic.* & *ſecundò* niſi periculum ſit in mora, ita ut dies actionis exiturâ ſit, tunc enim cauſa cognita prætor in illos judicium dare debet, ut lis conteſtetur, ac per hoc actio perpetuetur *l. 28. §. 4. de judic. l. 139. de R. J.* & hoc etiam obtinet in Magiſtratu *l. 4. C. ad L. Jul. repetund. l. 16. de offic. Præſid.* Id tamen differentiæ eſt inter legatos & ex aliis cauſis domò evocatos, quod Legati omninò non teneantur reſpondere, de eo quod antehac in eodem loco, quo ſunt miſſi geſſerunt, cum tamen reliqui ob alias cauſas evocati etiam de eo teneantur reſpondere, quod antehac contraxerunt in eodem loco *l. 2. §. 4. de judic.* 5. *Ob privilegia certi temporis, aut ſecundùm quid*, ut qui conveniunt mercatus cauſa ad nundinas *l. un. C. de nundin.* item heres, vidua, domeſtici, fi-

dejuſſores defuncti, intra novem ab obitu ejus dies *l. ult. cũ Auth. ſeq. C. de ſepulcr. violat. Nov. 115. c. 5.* Et tantum de perſonis principalibus judicii.

32. Sequuntur nunc *perſonæ acceſſoriæ*, ſeu *adjuvantes*, exinde dictæ quod principalibus ad meliorem litium expeditionem aſſiſtant, & opera ſua juvent *Rittershuſ. in expoſ. Nov. part. 9. cap. 4. num. 6.* Sine quibus alias judicium ſua natura conſiſtere poteſt. *Hillig. part. 2. lib. 18. cap. 1.* *Reſpiciunt autem hæ* quatenus in judicio principalibus accedunt, *vel judicem. vel litigatores, vel utrosq́.* *Judicis reſpectu* accedunt Adſeſſores, ſic dicti, quod judicibus in conſilio adſideant *l. 2. 3. 5. & 6. de officio aſſeſſor.* & ſunt Jurisprudentes ſive Juris ſtudioſi *l. 1 de offic. aſſeſſ.* ideò aſſumti, ut conſiliis ſuis judices adjuvent *l. 7. C. de Aſſeſſ.* unde etiam Conſiliarii dicuntur. Adſciſcuntur autem in Aſſeſſores tàm Patresfam. quàm filiifam. *d. l 7. & l. 2. ff. de offic. Aſſeſſ.* non verò infames, ſed integræ exiſtimationis homines, *d. l. 2.* adeò, ut illegitimè natos & legitimatos nedum admittere vult *Mynſ. Cent. 4. obſ. 31.* nec etiam quivis alius in ſuâ patriâ ex legibus antiquis *l. 10 C. de aſſeſſ.* ne ſi cives civibus proſint, vel nimiâ indulgentiâ illis parcant, vel odio veteri præter modum ſæviant, ſed quoties ratio illa ſuſpicionis in eis ceſſat, tam rectè à tali diſpoſitione receditur, uti ordinatione Cameræ Imper. *part. 1. tit. 4. §.* Vnd wo aber ꝛc originarii cujusvis provinciæ extraneis præferuntur, neq; enim hic gratiæ aut calumniæ æquè locus, cum cauſas utique ſuorum popularium non ſoli, ſed cum collegis, qui fortè ſunt aliarum provinciarum, diſceptent, *Hillig. part. 2. lib. 18. cap. 2. lit. K* Ad munus verò hoc provocandi ſunt non metu terribili, & neceſſitate libertati incongrua, ſed ſpe premiorum atq; honorificentiâ *l. 1. C. de Aſſeſſ.* & quidem à judicibus ordinariis *l. 12. C. d. t.* non verò delegatis *Nov. 82. in pr. & Nov. 60. cap. 2.* niſi ſit delegatus Principis *d Nov. 60. cap. 2. in fin.* De jure verò Canonico delegati etiam Aſſeſſores propriis ſumptibus aſſumere poſſunt, etiamſi eis non indigeant, ſi autem verè indigeant eis, tunc aſſumere poſſunt, quoſdã litigantibus non ſuſpectos quibus litigatores moderatũ conſtituent, & præſtabunt ſalarium *cap. 11. §. aſſeſſorem de reſcript. in ſexto.* Ita ergò aſciti aſſeſſores judicibus Conſiliis ſuis fideliter aſſiſtant,

neq;

neq; concedant ut contra jus à judice aliquid fiat, ex eorũ conſilio, alioquin ſi iniquè judicatum fuerit, ipſi tenebuntur Edicto, quod quiſq; juris in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur *l. 2 ff. quod quisq; juris.* Quæ verò Aſſeſſorum ſint Privilegia videre licèt *ex l. 7. & 10. C. de Aſſeſſ. & apud Azonem in ſummariis. C. eod. tit. num. 11.*

33. *Litigatorum reſpectu* quidam accedunt, tàm Actori quàm Reo indifferenter, quidam alterutri parti tantùm. qui *utriq;* ſimul accedunt ſunt Advocati, Procuratores, Syndici, Tutores vel Curatores. *Advocati* ab advocando dicti, quod ſcil. ad ſui favorem & auxiliũ litigatores eos vocaverint, qui & Cauſidici *l. 2. & 17. §. 1. de Advoc. 1.* item Oratores *l. 33. § 1. in fin. C. de Epiſcop. & Cler.* Patroni cauſarum *l. 4. C de poſtuland. l. 1. 5. & 14. C. de Advoc. 1.* Patroni litium *l. 7. §. 2. de Advoc. 2.* Scholaſtici *l. 2. C. de lucris advocat.* & Togati dicuntur *l. 5. 7. 8. 9. C. de Advoc. 1.* Sunt Jurisperiti, qui Clientibus deſiderantibus patrociniâ præſtant, cauſas eorum apud judicem agendo *Mejer. lib. 3. tit. 1. th. 20.* vel qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur *l. 1. §. 11 de extraordinar. cognit.* quorum uſus perneceſſarius *arg. l. 1. §. pen. de procurat.* ne imperitis aut impeditis viâ juris præcludatur; quin & expedit interdum cauſam propriam etiam peritiſſimi per alios agi, cùm in ſua cauſa faciliùs quem conſternari voce vel mente deficere contingat, minusq; quis affectus temperare poſſit, quam in aliena *Hillig. d. loc. c. 3. lit. I.* Licet autem omnib. qui in judicio agere poſſunt, quiq; deſideriũ ſuum apud Magiſtratum exponi vel alterius deſiderio contradici opus habent Advocatos habere, & poſſunt hoc munere fungi omnes Jurisperiti niſi prohibeātur. *Prohibentur* v. quidã 1. *Edicto Prætoris* vel *abſolutè* in totũ, ut minores ſeptendecim annis, & ſurdꝰ *l. 1. §. 3. de poſtul.* vel *limitatè,* ut infames, qui tantùm pro ſe, & certis perſonis, ut pro parente, Patrono, liberisl fratrib. & cæteris hoc officium ſuſcipere poſſunt *d. l 1. §. 8. & ſeqq.* de poſtulando, vel *relativè* reſpectu aliorum, ut mulier, cœcus & cæteri, qui tantum pro ſe non verò pro aliis advocati eſſe poſſunt *d. l. 1. §. 5. & ſeqq. Jure Civili* 2. *prohibentur alii ex SCto,* ut calumniæ cauſa judicio publico damnati *l. 1. § 6. de poſtuland. Alii Conſtitutionibus,* ut hæreticus *l. ult. C. de poſtul. &c.* 3. *ſententiâ ju-*

dicis, quibus advocatione *l. 9. de pœnis. l. 6. §. 1. & l. 9. ff. & l. 1. 5. & 7. C. de poſtuland.* Vel foro interdictum eſt *d. l. 9. §. 4.* quod fit vel in perpetuum, ut qui non appellavit ſententiæ ſtare cogitur, *l. 1 C. de poſtul.* vel ad tempus *l. 8. ff. de poſtul.* Plura de Advocatorum requiſitis, officio, pœnis & premiis, vide apud *Mejer. lib. 3. tit. 1. & Hillig. d. lib. cap. 3 & ſeqq.*

34. *Procuratores* hoc loco intelligimus eos, qui aliena negotia judicialia mandato domini adminiſtrant, *l. 1. de procurat.* Dant autem & dantur procuratores omnes, qui & agere poſſunt, nec ſpecialiter prohibentur *l. 43. §. 1. de procur. Prohibentur verò dare procuratorem* infans *§. ult. inſtit. de curat.* Pupillus qui fari poteſt ſine tutoris authoritate *l. 11. C. de procur.* minor absq; conſenſu curatoris *d. l. 11.* ſervus *l. 44. §. 1. de judic.* tutor, curator, procurator & ſyndicus ante litem conteſtatam *l. 8. 11. 23. C. de procur. l. 74 ff. de procur. l. 8. §. 3. mandati. l. 4. §. ult. de appellat. Treutl. vol. 1. Diſp. 9. th. 2.* & multi alii, uti paſſim ex jure videre licêt. *Dari verò procuratores prohibentur* mulier, niſi pro certis perſonis *l. 41. 54. pr. de procur. l. 4. & 18. C. eod.* minor ſeptendecim annis *§ 5. in fin. Inſtit. ex quib. cauſ. manumitt. l. 13. de manumiſſ. vindict* mutus & ſurdus *l. 43. de procur.* & alii de quibus vid *Hillig. lib. 18. c. 11. Syndici* ſunt actores ſive procuratores publici, qui communi univerſitatis licitæ mandato cauſas & lites ejuſdem adminiſtrant. Conſtitui igitur iidem poſſunt Syndici, qui & Procuratores, cum hi ſibi invicem aſſimilentur. *l. 1. §. 3. & l. 6. ff. quod cujuſq; univerſ. Tutores item & Curatores*, quinam dicantur, quivê dari poſſint, alibi ſatis conſtat, ſicut autem hi in extrajudicialib⁹ negotiis authoritate & conſilio pupillis & adultis adſunt *arg. tot. tit. ff. de author. tutor.* ita etiam in judicio illis adeſſe debent *l. 1. §. 2. l. 22. & 23. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. Alterutri parti*, ſcil. *Reo tantùm* accedunt *defenſores* in ſpecie ita dicti, & ſunt qui ſine mandato alium abſentem non defenſum in judicio præſtita cautione de judicato ſolvendo defendunt *l. 51. 52. 61. in fin. 64. & 76. de procurat.*

35. *Utrorumq; tàm judicis, quàm litigatorum gratia* accedunt Actuarii, Executores, *Hilliger. lib. 18. tit. lit. B.* & teſtes *Mejer. lib. 5. tit. 1. th. 107. Actuarii* aliàs Notarii *l. 11. C. qui potiores in pign.*

pign. cap. 11. §. notar. de reſcript. in ſexto, ſive ProthoNotarii, *ordinatione Camerali part. 1. tit. 28. §.* Weiter ordnen Wir/ ꝛc. dicti, ſunt ſcribæ publici, qui ad judicis & partium informationem acta Judicii conſcribunt, & recitant, & Originalia quæque in judicii ſcrinio aſſervant, ut ſi ſuper proceſſu dubitatio aliqua exiſtat eo modo veritas declarari poſſit. Non poteſt autem actuarius ſcripta judicii ſine conſenſu judicis publicare, nec partibus dare copiam actorum *Rosbach. prax. civ. tit. 8. n. 6. & ſeqq.* quæ verò ſint acta judicialia, & quid actorum nomine contineatur, videre licèt in *cap. 11. extr. de probat. & apud Frider. de proceſſ. lib. 2. cap. 47. num 19.* Plura de Notariis & eorum officio, quivé & à quibus creari poſſint, vide apud *Covarruv. pract. quæſt. cap. 19.* *Executores* verò alias Viatores *l. ult. ff. de judic.* apparitores *l. 1. C. de Sport. l. 33. §. 5. C. de Epiſc. & Cler.* ſive nuncii dicti, ſunt, qui ad faciendā proceſſuum & judiciorum executionem operam ſuam ad juſſum judicis accommodant, quorum officium potiſſimum verſatur circa citationes partium, & teſtium comparitiones, & ſententiæ executionem *Weſenbec. in lib. 3. Cod. tit. 2. num. 58.* & neceſſe habet Executor, ut per ſe, non per alium *l. 1. C. de Sport.* bonâ fide *Nov. 82. cap. 7. §. 1.* absque ceſſatione *l. 3. C. de Sport* exequatur, ſecundùm præſcriptam à judice formam, & deſignatum modum. Ut autem conſtet executionem fuiſſe factam, ideoque neceſſe eſt, ut referat id Executor, quæ relatio licèt Judici vel Actuario quocunq; loco fieri poſſit *Bartol. in l. 15. §. 6. num. 3. de damno infecto,* tamen deinceps ad acta referenda & regiſtranda eſt *Mynſ. Cent. 1. obſ. 77. Magnif. & Ampliſſ. Dn. Fomann. in prælect. ad cap. 11. extr. de probationibus quæſt. 3.* plenaq; fides ei adhibenda eſt. *Socinus art. 13. num. 15. & 17. de citat.*

36. *Teſtes* denique ſunt, qui de aliquo facto controverſo teſtimonium dicunt, ad quod omnes adhiberi poſſunt, exceptis tantum illis, quibus id ſpecialiter interdicitur, & qui lege quadam à teſtimonio dicendo excuſantur. *l. 1. §. 1. de teſtibus. Prohibentur* verò *quidam propter reverentiam perſonarum*, ut liberti in patronos, ejuſq; liberos *l. 3. §. pen. ff. de teſtibus.* ſervi in dominos *l. 8. C. de teſtib.* liberi in parentes *l. 9. de teſt. &c. quidam*

propter lubricum ſui conſilii, ut impuberes *l. 3. §. pen. & l. 19. §. fin. de teſt.* quia in tali ætate conſtituti ad mentiendũ ſunt faciles *l. 15. de quæſtion.* ideoq; nec jusjurandum, ſine quo teſti non creditur *l. 9. C. de teſt.* præſtare poſſunt *l. 26. de jurejurando.* Furioſi & mentecapti *l. 20. §. 4. qui teſtam. fac. poſſ.* item minores viginti annis in cauſis quibuſdam criminalibus *l. 20. de teſt.* *Quidam propter notam & infamiam vitæ ſuæ,* ut infames, non quidem omnes, ſed de quibus ſpecialiter cautum erit *Hillig. part. 2. pag. 1357. lit. F. Mejer. lib. 22. tit. 5. th. 6.* quod tamen ſecus ſe habet de jure Can. quo omnes infames regulariter repelluntur *cauſa 6. quæſt. 1. Can. 17.* *Excuſatur* autem L. *Juliâ* quisq; ne invitus teſtimonium dicat in ſocerum, generum, vitricum, privignũ, ſobrinum, ſobrinam, & horum filios, aut qui propiore his neceſſitudinis loco junguntur *l. 4. & 5. de teſt.* ut ita ad ſextum ſeptimumq; gradum excuſatio valeat, tantùm enim ſobriui, horumq; filii diſtant *§. 6. Inſt. de gradl l. 3. & ult. de grad.* Item in patronum, libertum virum, uxorem, *l. 4. de teſt.* in iis ſcil. caſibus, quibus alioquin teſtimonium dicere poſſunt. Aliàs ſi prohibeantur non opus eſt excuſatione *arg. §. 13. Inſt. de excuſat. tut.* cum tunc ne volentes quidem admittantur, ut parentes & liberi in infinitum *l. 6. & 12. C de teſt.* De product. & examinat. teſtium *vid. Hillig. part. 2. pag. 1375.*

37. *Secunda cauſa* Judicii dicitur *Materialis*, ſuntq; cauſæ tàm civiles quàm criminales *l. 1. §. 1. de calumniat.* & in inferioribus judiciis etiam minimæ *§. 16. Inſt. de rerum diviſ. l. 22. pr. de damn. infect.* de quibus tamen tantùm civiles, non verò criminales & extraordinarias famoſas (quæ criminalibus adæquantur *l. 9. de manumiſſ vendict.*) actiones inſtituere licet *l. 9. § ult. cum legib. ſeqq. de dolo. l. 4. de reſtit. in integr.* In ſupremis verò quibuſdam judiciis non recipiuntur cauſæ rerum minimarum, ut hodiè in Camera Imperiali, ubi cauſa minor aureis 50. non recipitur *Mynſ. obſ. 40. Cent. 4.* quæ ſumma deinde in Comit. Imperii Anno 1570. Spiræ habitis ad 150. flor. aucta fuit *Mynſ. Cent. 6. obſ. 15.* Et in genere agitur in judicio aut de munerib. & honoribus, aut de re pecuniariâ aut de exiſtimatione, aut de capitali crimine *l 5. ff. de extraord. cognit.* Non autem venit in judicium quod non debetur, quamvis futurum ſit aliquando

ut

ut debeatur, *l. 35. de judic.* nihil enim pertinet ad judicium futuri temporis tractus *l. 1. §. 2. de uſur. l. 23. de judic.* quod ergò poſt judicium cœptum accidit (extrinſecus ſcil. nec cohærens rei petitæ *l. 11. §. 4. l. 14. §. ult. l. 25. pr. de except. rei judic.*) id nova inſtantia opus habet, nec in prius judicium veniſſe intelligitur *d. l. 23. h. t.* exceptis acceſsionibus qui poſt litem conteſtatam non jure actionis ſed officio judicis veniunt *l. 25. §. 8. de Ædilit. edict.* Nec ea res. de qua jam ſemel actum eſt *tot. tit. de except. rei judic.* quo ipſo tamen non excluditur ſpecies aliqua in judicium non deducta, quamvis jam ſemel in judicio generali ſententia lata ſit *l. 2. C. de judic.* Quemadmodum & de uſuris in judicium non deductis debitor conveniri poteſt, cùm per judicium cœptum uſurarum ſtipulatio non perimatur *l. 1 C. de judic.*

38. Ante omnia verò cavendum eſt actori, ne *plus*, quam ſibi debetur, petat, quod vel *Re*, vel *tempore*, vel *loco*, vel *cauſa* interdum fieri ſolet *§. 33. inſtit. de action.* Nam aliàs de jure antiquo integra cauſa cadebat *d. §. 33.* hodiè verò ſi quis Tempore plus petat, is alterum tantum tempus ſine interuſurio expectare cogitur, niſi debitor ſua re male utatur, ita ut periculum ſit ne non ſolvendo fiat, tunc enim impune ante tempus vel diem petere poſſunt, ut caveat ſe ſoluturum, cum dies advenerit *l. 41. de judic. l. 31. pr. de rebus author. jud. poſſ. aliis l. 16. de privilegiis creditor.* Si verò alio modo tunc in omne damnum, quod reo inde accidit tripli condemnatione punitur *§. 24. & 35. Inſt. de Action. l. 1. & 2. C. de plus petit.* niſi quis dolo malo ſyngrapham majoris quantitatis exegerit à debitore & ex iis litem ſit conteſtatus, vel ſi ideò quis petat majorem ſummam, ut reum ad majorem judicem trahat, quibus caſib. Actor adhuc tota cauſa cadit *l. ult. C. de plus petit. Novell. 15. cap. 4.* Ut autem plus petens ita puniri poſſit, requiritur ut per avaritiā vel dolū plus petiiſſe convictus ſit *l. 1. verſic. tunc verò C. de plus petit.* Nā ſi ex juſta ignorantia id fecerit, nullū damnū ſentire debet *d. l. 1. verſ. qui verò.* Econtra verò ſi quis minus quam ſibi debetur petierit, etiā poſt litē conteſtatā libellū corrigere poteſt, vel etſi eū non correxerit, tamen judex in veram quantitatē, quæ ex Actis apparet reum condemnare debet *§. 34. Inſt. de act. d. l. 1. in fin.*

in fin. & l. 2. §. 1. C. de plus petit. Eodem modo etiam is, qui aliud pro alio petiit poſtmodum veritate cognita in eodem judicio errorem corrigere poteſt. §. 35 *Inſt. de action.*

39. Sicuti verò cauſæ variæ in judicium deducuntur, ita etiam illæ ſecundum juriſdictionum varietates variè competentes ſunt; Non enim cuivis Magiſtratui de omnibus cauſis judicare licet, ſed ſicut olim ſtatim poſt exactos Reges Conſulibus civiles cauſas (ſiquidem injuſſu populi in caput civis Romani jus dicere eis non concedebatur *l. 2. §. 16. ff de orig. jur.* Quæſtoribus autem à populo ad id conſtitutis capitales expedire incumbebat *l. 2. § 23. de O. J.* poſtea jure omni in Principem translato à populo, Magiſtratus hanc poteſtatē habere cœperunt, puta præfectus Prætorio, præfectus urbi *l. 1. pr. & §. 3. de offic. præfecti urb.* Deinde ProConſul *l. 6. pr. & l. 11. de offic. ProConſ.* Præſes provinc. *l. 6. §. 8. de offic. præſid.* & quibus hæc poteſtas ſpecialiter lege, SCto vel conſtitutione Principū conceſſa eſt, uti ſupra dictum: Ita & nunc certæ ſunt Juriſdictiones, in quibus cauſæ duntaxat certi generis tractari poſſunt, ut v. g. ſpirituales in Conſiſtoriis, temporales in foro ſeculari, Civiles apud Magiſtratus municipales, Criminales apud Criminalium rerum præfectos *l. 61. §. ult. de judic.* Feudalium quoq; cauſarum diſceptatio variè competit: modo domino feudi inter Vaſallos, modo Paribus Curiæ inter dominum & Vaſallum, modo ordinario, ſi vel dominus pares non habeat, vel ii ſuſpecti ſint, *2. f. 55. in fin. 1. f. 10. & 22. 2. f 15.* In Camera quoq; cauſæ quædam rectà ad ejus diſceptationem pertinent, *prout ex ordinatione ejus part. 2. tit. 10. 12. 13. & ſeqq. videre eſt*, quædam ad judices Auſtregarum ex Privilegio quodam *part. 2. tit. 2. pr. tit. 3. & 4.* Poſteà verò per modum quærelæ denegatæ juſtitiæ vel protractæ, vel ſententiâ latâ per modum appellationis ad Cameram devolvuntur. *part. 2. ordinat. tit. 26.* Inter mediatos quoque Imperii ſubditos non prius ad Cameram cauſa devolvitur, niſi gradatim ad ejus cognitionem perveniatur, prout in omnibus appellationibus juris eſt *l. 21. pr. & §. 1. de appellat.* Ad Reviſorii verò judicii diſceptationem pertinent tantùm cauſæ jam antea in Camera diſcuſſæ, in quibus ſi una

vel

vel altera pars ſe putat eſſe gravatam, tunc impetrare poteſt per modum ſupplicationis beneficium Reviſionis. *part. 3. ord. tit. 53.*

40. *Tertia cauſa judicii dicitur formalis*, quæ conſiſtit potiſſimùm in ejus ordine, naturalibus, & ſolennitate: *Ordo* judiciorum eſt, ut præmittamus præmittenda, & poſtponenda poſtponamus *l. 1. & 2. C. de ord. judic. Sichard.. ad l. prolat. C. de ſententiis & interlocut.* Unde & ſententia contra ordinem prolata, rei judicatæ authoritatem non obtinet, niſi id de partium voluntate fiat *l. 26. de re judic.* Exemplum ordinis inverſi habemus ſi quis prius condemnare quam cauſam cognoſcere velit *l. 1. C. de execut. rei judic.* qualiter fieri à ruſticis in Valeſia teſtatur *Sichard. ad d. l. Ad naturalia* judicii pertinere videntur *Tempus*, *intra quod ventilari & finiri*, & *Locus*, *in quo exerceri judicia debent*: *illud* tempus quo ventilari debent eſt diurnum, non nocturnum *Nov. 82. cap. 3. cap. 24. de off. & poteſt. judicis delegati*, & quidem in diebus faſtis, non feriatis, *l. 5. & tot. tit. de feriis.* hoc verò quo abſolvi debent, eſt in criminalibus (exceptis cauſis fiſcalibus, & quæ ad publicas functiones pertinent) triennium, *l. 13. pr. & §. 1. C. de judic.* & ſi id non fiat, pœnæ certæ propoſitæ ſunt iis, quorum culpa judicium retardatum fuit, judici quidem *in d. l. 13. §. 8.* actori *in §. 2.* reo *in §. 3.* Advocatis *in §. 9.* Tutoribus & Curatoribus *in §. ult. d. l. 13.* Verum hæc conſtitutio hodiè nullibi obſervatur. Interdum tamen ex juſtis cauſis, & ob certas perſonas judicia differri poſſunt *l. 36. princ. de judic Nov 115. cap. 5. Locus* verò neceſſe eſt, ut ſit honeſtus, *l. 21. §. 11. de recept. arbitr.* tutus *cap. 47. de appell.* publicus & pro tribunali, in iis ſcil. judiciis. quæ cauſæ cognitionem ad decretum requirunt *l 6. C. de ſent. & interlocut. l. 9. §. 1. de offic. Proconſ. l. 4. §. 1. de interrogat.* & intra territorium jus dicentis *l. ult. de juird.* quod omninò neceſſe eſt in cauſis contentioſæ jurisdictionis non voluntariæ *l. 2. de offic. ProConſ. Solennitas* verò judiciorum hodiè in eo conſiſtit (nam reſpectu veterum ſolennium forma judiciorum extraordinaria eſt *§. ult. Inſt. de interdict. l. antepen. de negot. geſt.*) ut alter litigatorum actor, alter reus ſit, *l. 62. de judic.* & ut partes judicii bene obſerventur.

triennium à lite et in civilibus

41. *Sunt autem partes Judicii tres. Prima* continet in ſe actus à citatione uſq; ad litis conteſtationem incluſivè: *ſecunda* inde uſq; ad ſententiam cauſæ excluſivè. *tertia* inde uſq; ad finem. Harum verò partium quælibet iterum habet ſua membra diſtincta, & quidem *prima decem: quorum primum* eſt *Citatio*, quæ ita neceſſaria eſt, ut ſi reus non ſit citat°, quicquid judex egerit, pro non acto habeatur *l. 47. de re judic. l. 7. C. quom. & quand. judex ſent.* Contra præſentem verò in judicio, qui omnino non; vel non legitimè citatus eſt, non opus eſt citatione *l. 29. de minor. l. 1. §. 1. de feriis.* Unde ſequitur, ut quamvis proceſſus ad nullitatem citationis ſuſtineri non poſſit. ratione tamen comparitionis & præſentiæ poſſit ſuſtineri. Si itaq; reo non legitimè quidem citato libelli copia facta fuerit, & is compareat, tunc reſpondere tenetur *arg. Auth. offeratur C. de lit. conteſt. c. 2. extr. de dilation.* Si verò libellus ei oblatus non ſit, & is compareat, tunc reo denuo induciæ dandæ ſunt ad deliberandum *d. Auth.* Si autem omninò citatus non ſit, tunc quamvis præſens, nihil reſpondere tenetur. Poteſt tamen libello oblato, & conceſſis dilationibus deliberatoriis ei injungere, ut intra præſtitutum tempus compareat, cedat vel contendat *d. Auth.* Citatio enim propter aliud quam rei ſcientiam non fit, ut ſcil. ſciat quis rem aliquam in judicio diſceptatum iri, quæ ad ejus præjudicium pertineat, & propter comparitionem ejuſdem, ut & ipſe in contrarium jus ſuum allegare, & ſi quid forſan habeat, contra jus Actoris excipere poſſit.

42. *Citationum* autem ſunt aliquot *ſpecies*; Quædam enim eſt realis ſeu perſonalis, quædam fit verbis, quædam literis, quædam per editum, quædam per proclama, quædam per campanam ſeu tubam, & in his omnibus Citationum ſpeciebus tria requiruntur, unum ex parte judicis Commiſſio ſcil. de citando, & duo ex parte nuncii, ſcil. ipſa Citatio ſeu Executio Commiſſionis, & factæ Citationis relatio. *Realis ſeu perſonalis* fit per capturam perſonæ *l. 8. C. quom. & quando judex*, quæ in civilibus cauſis regulariter non fit, ſecus in criminalibus *l. 2. C. de cuſtod. reorum*, in quibus regulariter fieri ſolet, præcedente tamen commiſſione Judicis *l. 3. C. de exhibend. reis.* niſi reus de fuga ſuſpectus ſit, tunc enim etiam abſq; commiſſione judicis

per

per privatum propria authoritate quis capi poteſt, *l. 10. §. 16. quæ in fraud. creditor.* *Verbalis* fit quando judex viva voce committit nuncio, ut aliquem citet ſine literis *cap. 6. de dolo & contumacia.* Hæc verò ut & conſequentes Citationes, ut valeant, ſex requiſita continere debent. 1. nomen judicis citantis: 2. nomen ejus, qui citatur: 3. nomen ejus ad cujus inſtantiam fit citatio: 4. cauſam ob quam citatur: 5. locum, in quo debet comparere: 6. tempus intra quod debet comparere. *Marant. part. 6. num. 63. Geil. lib. 1. obſ. 48.* *Per literas* fit citatio, quando judex facit Citationem in ſcriptis, & illam committit nuncio, ut aliquem citet, quæ in quibuſdam caſibus de neceſſitate requiritur, ut in judice delegato, qui neceſſe habet, ut inſerat Citationi tenorem ſuæ commiſsionis, qui tenor non poteſt apparere niſi in ſcriptis *c. præterea de dilation.* item quando citatur perſona illuſtris *l. 17. C. de dignit.* & aliis, quos vid. apud *Marant. d. l. n. 77.* *Per edictum* Citatio non fit, niſi in caſu neceſſitatis, ſcil. quando alio modo quis citari non poteſt, vel propter ejus abſentiam, vel quando citantur perſonæ incertæ, ſi ſua intereſſe putaverint *Geil. lib. 1. obſ. 57.* *Per proclama* Citatio fit, quando præco publicus citat per plateam publicam alta & intelligibili voce aliquem abſentem, vel incertos contradictores, ſi ſua intereſſe putaverint; quæ quibus in caſibus permittatur videre eſt *apud Marant. d. loc n. 98. & ſeq.* Deniq; *per campanam ſeu tubam* fit Citatio, quando eſt congreganda univerſitas cauſa faciendi conſilium vel reformationem *l. 2. C. Decurion. c. in cauſis de election.* quando verò & ubi Citatio fieri debeat, vide *Marant. d. loc. n. 119. & ſeqq.*

43. *Secundum membrum* eſt *Contumacia*: legitimè enim facta Citatio reum adſtringit comparere, ne ipſius contemtu eludi videantur edicta Magiſtratus *l. 2. ff. ſi quis in jus vocat,* adeò, ut quamvis dubitetur an competens ſit ad quem vocatus eſt, tamen comparere teneatur *d. l. 2.* Eſt enim vocati non contemnere authoritatem Prætoris, nec vocati ſed Prætoris eſt æſtimare, an ſua ſit Juriſdictio, atq; ideò Legati etiã in jus venire debent, Privilegia ſua allegaturi *l. 5. de judic. Magn. & Nobiliſſ. Dn. Praeſ. lib. 1. deciſ. 11. n. 10. & 11.* Si ergo non comparent ꝓ contumacib. habentur *tot. tit. extr. de dol. & cõtum. l. 53. de re jud. l. 13. C. h. t.*

niſi juſtas cauſas emanendi allegare & probare poſſint, ut ſunt adverſa valetudo *l. 60. de re jud.* paupertas ob quam eſt malè veſtitus, ut absq; verecundia non poſſet comparere *l. 10. in fin. ex quibus cauſ. majores.* Item ſi fuiſſet citatus ad aliud majus tribunal *l. 54 §. 1. de re judic. &c.* Contumacium verò reorum pœna olim fuit, ut cauſa caderent, *l. 7. de reſtit. in integr. l. 7. §. ult. de ſuſpect. tut.* quod tamen Juſtinianus mitigavit *in d. l. 13.* ubi vult, ut etiam ſenundùm contumacem pronuncietur, ſi juſtã fovere cauſam comperiatur *l. 8. C. quom & quand. Weſenbec. ad tit. C. de judic. num. 54.* Actoris verò contumacis pœna eſt, quod reus non comparente actore abſolvatur ab obſervatione judicii & actor in expenſas condemnetur *Auth. qui ſemel C. quom. & quand. judex.*

44. *Tertium* eſt *libelli oblatio*, de qua eſt *totus tit. ext. de oblatione libelli*, ſive enim compareat reus, ſive non, offert libellũ actor tam judicii, quàm parti *juxta Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* ut ad actionem, qua convenitur, reſpondere poſſit *L. 1. de edend.* vel ſi emaneat contra eum velut contumacem procedatur. Partes autem in libello neceſſariæ comprehenduntur hoc diſticho:

Quis quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
rectè compoſitus quisq; libellus habet.

Et hæ in cauſis civilibus ſufficiunt. In criminalibus verò adhuc plures requiruntur, ut ſcil. in libello etiam adponatur locus commiſſi criminis, item anus, menſis, indictio, & regnatio Imper. *l. 3. ff. de accuſat.* *Quartum* eſt *reconventio*, quæ nihil aliud eſt, quam conventio qua reus actorem de re alia viciſſim pulſat *l. 22. de judic. l. 14. & Auth. & conſequenter C. de ſententiis & interlocut.* de qua egimus ſupra th. 17.

45. *Quintum* eſt *laudatio Actoris*, i. e. ejus à quo reus cauſam habet, ut venditoris *l. 13. §. 1. de acquirend. poſſ. l. 5. de diverſ. & temporal. præſcript. l. 7. & 8. C. de eviction.* quæ aliàs litis denunciatio appellari ſolet, qui enim convenitur actione reali, debet laudare auctorem, & ipſi litem denunciare, oſtendendo ſcil ipſi copiam libelli vel iſtrumenti, & requirere ut veniat ad defendendum, & litem ſuſcipiendũ, ut ita reus contra Authorem habeat recurſum, ſi res evicta fuerit. Hæc verò laudatio

tio tutius ſit ante litem conteſtatam, quia eſt exceptio dilatoria, quod genus poſt non auditur *l. fin. C. de except. l. 19. C. de probat.* Dd. tamen diſtinguunt inter cauſam oneroſam & lucrativam, ut ſi illam habeat reus, poſsit litem denunciare in quacunq; parte proceſſus, dummodo fiat ante publicationem, h. e. concluſionem in cauſa *l. 29. §. fin. de evict.* ſi verò hanc, quod tunc omninò antè litem conteſtatam denunciatio fieri debeat *Bart. in l. 29. §. 3. de Legat. 3.*

46. *Sextum* eſt *Auctoris*, h. e. Domini, cujus nomine res poſſidetur, ut depoſitarii, commodatarii, coloni &c. *l. 2. C. de praſcript. 30. annor. l. 2. C. ubi in rem actio*, NOMINATIO; quæ differt à laudatione, quod in illa laudet authorem is, qui ſuo nomine poſsidet, in hac verò nominet is authorem, qui alieno nomine rem tenet. Deinde differunt etiā effectu, quia illa laudatio fit evictionis obtinendæ, hæc verò nominatio totius litis transferendæ cauſa. Debet autem hæc nominatio fieri ante litem conteſtatā, alias judicium contra non nominantem tenet, ut contra eum qui ſe liti obtulit *l. 25. de rei vind.* citra tamen præjudiciū Domini *d. l. 25.* Cum res inter alios geſtæ non poſſint aliis præjudiciū facere *l. 1. C. res inter alios. l. 74. de Reg. Jur.* Poteſt tamen actor ſi vult onus probandi in ſe recipere, quod conventus ſuo nomine poſsideat, quo probato, transfertur à convento in agentem poſſeſsio, nihil obſtante nominatione authoris *l. fin. de rei vindic.*

47. *Septimū* eſt *interrogatio*, de qua eſt *totus titulus in ff. de interrog. l. 11. C. de petit. hered. l. 12. ff. de petit. hered.* quæ fit quando judex æquitate ſuggerente partē de aliqua re ad inſtantiā alterius partis interrogat *l. 21. de interrog.* ut ſi actor vult agere contra aliquem, poteſt ipſum interrogari facere in principio litis, an ſit heres, & ex quotâ parte ſit hæres, ad hoc ut judiciū contra eum poſſit fundari *l. 11. §. 1. & 2. de interrog.* ſed cum iniquum ſit, quenquā cogi de ſuo jure ante judiciū reſpondere *l. cogi. C. de pet. hered. l. fin. C. de rei vind.* potiusq; actorem domo adferre intentionem & inſtructum venire oportere, quàm à reo confeſſionem quaſi gladiū exigere *l. 7. C. de teſtib. l. 1. C de edend.* ideò interrogatoriæ actiones in deſuetudinem abierunt *l. 1. §. 1. de interrog.* & loco ejuſmodi interrogationum poſitiones lite de-

 mùm

mùm conteſtata fiunt, ad quas ſi fuerit juſſu judicis reſpōſum, reus ex confeſſione tenetur *c. 1 & 2. de confeſſ. in ſexto.* Sin autem contumaciter non fuerit reſponſum, reus aut pro negante habetur, ſi illi negatio damnoſa eſt, aut pro confeſſo ſi confeſsio illi damno futura eſt. *Speculat. de poſit.* §. *9.* Et ſic ea, quæ ex confeſsione adverſarii apud judicem facta eliciuntur, non ad fundandam intentionem, inſtituendumq; judiciū, ſed ad probationem tantum̄odo valent *d. l. 1. Weſenb. in π. ff. lib. 11. tit. 1. n. 5.*

48. *Octavum* eſt *ſatisdatio*, de qua *in tit. ff. qui ſatisdar. cog. & C. de ſatisdat.* quæ eſt vel *neceſſaria* vel *voluntaria. l. 7. ff. qui ſatisd. cog. l. 10. rem rat. hab. neceſſaria eſt*, quæ à lege vel Magiſtratu imponitur, ut *de ſiſtendo ſeu judicio ſiſti*, quæ præſtari debet à reo tàm in civili quàm criminali judicio propter ſuſpicionem fugæ *arg. l. 13. §. 3. C. de judic.* niſi immobilia poſsideat *l. 15. ff. qui ſatisd. cog. De ſe præſentando*, quæ in criminalibus, ſæpè contingit, per quam captus à judice liberatur à carcere, adeoq; ut ſi judex tunc non liberet eum, teneatur actione injur. *l. 5. §. 1. qui ſatisd. cog.* an autem indiſtinctè pro quolibet crimine incarceratus debeat relaxari ſub fidejuſſoribus? *vid. Coler. de Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 3. n. 72. & in deciſion. German. deciſ. 107. n. 1. & ſeq. De judicato ſolvendo*, quam tenetur præſtare in Civilib. quilibet defendens litem alienam ex parte rei conventi, aliàs non eſt idoneus defenſor *l. 46. §. 2. de procurat. l. exigendi C. eod.* non autem conventus nomine proprio §. *2. Inſt. de ſatisdat. De non offendendo*, ut quando quis timet offendi ab aliquo, tunc poteſt implorare officium judicis, ut compellat illum ad dandum ſibi fidejuſſores, de non offendendo, nec in perſona, nec in rebus, *Bart. in l. 6. §. 2. de offic. Præſid.* ad hoc autem ut peti poſſit fidejuſsio talis, requiritur ut petens probet minas ab aliquo fuiſſe factas, & ꝙ quis ſit ſolitus minas executioni mandare, vide plura de hac *apud Felin. in Rubr. de treug. & pac. & Anton. Hering. in tract. de fidejuſſ. cap. 6. n. 242. & ſeqq. De expenſis auth generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. De non dilapidando l. 41. de judic.* & ſimiles *de quib. vid. tit. rem rat. hab. ut legatorū nom. rem pupill. ſalv. for. &c. Voluntaria* eſt, quæ ex conventione contractib. apponi ſolet *l. 10. ff. rem rat. hab.* de qua loquitur *tot. tit. in ff. & C. de fidejuſſ.*

49. *Nonū* ſunt *Exceptiones*, quæ *vel dilatoriæ* vel *peremptoriæ* dicun-

dicuntur *Dilatoriarũ* exceptionũ quædã ad judicem pertinent, quædã ad litigatores, & quædã ad libellũ ~~ſeu~~ causã ipſam. Reſpectu judicis datur exceptio declinatoria fori ſeu incompetentiæ, exinde dicta ꝙ forũ, in quo agitur, declinet, quæ ante omnes exceptiones debet proponi *l. 13. C. de except.* niſi ex poſt facto ſuperveniat *Mynſing. obſ. 59. Cent. 4.* & Recuſatoria, eò ꝙ perſonã ſuſpectã recuſet, qua etiam in foro competente judicis perſona recuſatur *l. 16. C de judic.* Ad Litigatores reſpicit exceptio legitimationis perſonæ, vel actoris vel rei, ut ſi pupillus compareat ſine tutore vel minor ſine curatore, *de qua eſt tot. tit. C. qui legit. perſon. ſtand.* Legitimatur v. perſona vel expreſſe vel tacitè: Expreſſe per ſolenne mandatũ factũ procuratori, & de hoc mandato debet fieri fides parti ſi petierit *arg. l. 13. depoſit.* item à parte rei per fidejuſsionem de judicatũ ſolvendo, & à parte actoris per fidejuſsionẽ de rato *l. un. C. de ſatisdat. l. 2. C. de conſort. ejuſd. lit.* Tacite fit legitimatio de perſona rei, quando actor citare facit inhabilem, eo quia tunc actor provocando ipſum inhabilẽ ad judiciũ, videtur ejus perſonam approbare, ut poſtea eam impugnare non poſsit, niſi actor tempore Citationis ignorabat, reum eſſe inhabilem, vel niſi in citatione diceretur, ꝙ compareat, ſi ſua intereſſe putaverit *Marant. part. 6. de except. n. 56.* Itẽ ꝑtinet ad litigatores exceptio excõmunicationis *c. 12. de except.* quę tamen ab opponente probari debet, & in quacunq; litis parte opponi poteſt. *c. 1. de except. in 6to.* Ad ipsã causã ꝑtinet exceptio inepti & obſcuri libelli, quę etiã poſt litem conteſtatam opponi poteſt, quia proceſſum retro annihilat, omnis autem exceptio quæ reddit proceſsũ nullũ ſive dilatoria ſive peremptoria ſit in quacunq; litis parte opponi poteſt *l. 24. C. de procur.* Sed quia plerunq; initio uti regulariter omnes aliæ dilatoriæ *l. 40 §. ratihab ff de procur. l. 13. C. eod.* allegari ſolet, ideò inter dilatorias merito refertur, ſicut etiã exceptio intentionis & facti, ut quando quis ſine actione experitur ac alię litis ingreſsũ impedientes, quę cũ ſint peremtorię. in vim tamẽ dilatorię proponuntur *c. 1. de lit. conteſt. in 6to.* Cujusmodi eſt exceptio litis pendentię *l. 30. de judiciis.* *Peremtoriæ ſunt*, quæ in totũ perimũt jꝰ agentis *§ 9. Inſt. de except.* prout eſt *except. ſolut. jurij. pacti, rei judic.* & aliæ, quarũ quædã dicuntur eſſe litis finitæ

ſeu

retrò

finitæ, quia ſunt inductæ, ut ſit litiũ finis ut exceptio rei judicatæ. *l.1. & 56. de re judic.* Jurisjurandi *l.1. de jurejur.* Transactionis *l.20. C. de transact.* & præſcriptionis *l. fin. pro ſuo. l.9. C. de præſcript. longi temp.* Et hæ tàm antequam poſt litem conteſtatam opponi poſſunt, ita ut antè oppoſitæ in vim declinatoriarum impediant litis ingreſſum, & judicii proceſſum modo ſint liquidæ, & in continenti probari poſsint *l.9. de jurejur.* h. e. intra triduũ *l. ult. C. de error. Advocat.* Poſt verò oppoſitæ in vim peremptoriarũ quod fieri poteſt uſq; ad concluſionem in cauſa *l.2. C. ſententent. reſcindi non poſſ.* totã litem perimant *Marant. d. loc. n.13.* Sunt etiam quædam exceptiones, quæ poſſunt opponi etiam poſt ſententiam, licet illam non in totũ in nihilum reddant, ſed tantùm modificent, ut exceptio, ne quis conveniatur & exigatur niſi in quantum facere poteſt, item exceptio Inventarii facti in hæreditate, & multæ aliæ *Bl. in l. 1. C. de jur. & fact. ignor.* quænã vero illæ ſint, & à quib. poſsint opponi, *vide apud Alexandr. Trentacinqv. in reſolut. pract. lib 2. tit. de except. reſol.1.*

50. *Decimum* & ultimum hujus primæ partis membrum eſt *Litis conteſtatio*, quæ eſt judicii fundamentum *l. un. C. de litis conteſt.* nec enim ante litem conteſtatã lis propriè eſt, ſed tantùm controverſia *l 25. §.7. de pet. hæred.* quia cauſa per hanc fieri intelligitur litigioſa, ac in judiciũ deduci *l.18. ff. comm. divid.* unde & Actor ante litem conteſtatã non dicitur agere, ſed agere velle *l. 15. rem rat. hab.* dicitur verò ideò initium judicii, quia antè eam omitti vel actio mutari poteſt, *l.3. C. de edend.* ꝙ poſt non licèt, *auth. qui ſemel C. quom. & quando. Eſt autem litis conteſtatio* principalis negotii apud competentem judicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio *l. un. C. de lit. conteſtat.* & poteſt fieri forte per talia verba, ut ſi actor dicat: Ego animo litis cõteſtandæ dico narrata prout à me narrantur, vel narrata ſunt, vera eſſe, & petita fieri debere; & huic reus reſpondeat: ego ſalvis exceptionibus meis, ex quacunq; cauſa, & quocunq; modo competentibus dico narrata prout narrantur vera non eſſe, & petita fieri non debere, cum regulariter per negotiationẽ tantùm ex parte rei fieri poſsit, *Hillig. lib.24. c.1. lit. A.* Omitti a. hæc regulariter non poteſt, ideoq; ut nullitas evitetur judicis erit partes ad eam compellere, vel litem in contumaciam pro

con-

conteſtata acceptare *Marant. part. 6. de lit. conteſt, n. 9 & ſeqq. Mynſing. obſ. 66: Cent. 4. Geil. cent. 1. obſerv. 75.* ſunt tamen caſus nonnulli in quibus litem conteſtari neceſſe non eſt, de quibus vide *Geil. Cent. 1. obſ 76 77 & 78. Mynſing. Cent. 4 obſ. 63. n. 3.* & per hæc ſit expedita prima pars judicij.

51. Veniamus nunc ad *ſecundam judicii partem*, quæ habet *ſedecim* diſtincta *membra*, quorum *Primum* eſt *juramentum calumniæ*, quod hoc loci eſt religioſa litigantium aſſertio de cauſſa, bonâ fide & absq; malitia proſequenda. Eſt enim calumnia generaliter ita dicta, quando quis ſciens volensq; injuſtam cauſam, agit aut defendit *l 1. § 1 ad SCtum. Turpill. Sichard. ad rubr. c. de jurejur. propter calumn.* & licet hoc etiam ante litem conteſtatam exigi poſſit, *auth. hoc ſacramentum C. de jurejur propter calumn.* tamen regulariter poſt litem demum conteſtatam locum habere ſolet *cap 54. de electíon.* Si verò ſemel ſit præſtitum, amplius præſtari non debet, *Nov. 49 cap. 3.* Modus jurandi eſt, ut ab utroq; litigantium præſtetur juramentum, ab actore quidem ita: ut juret non calumniandi animo litem moviſſe, ſed quod exiſtimet, ſe bonam cauſam habere; à reo verò quod putans ſe bona inſtantia uti, ad contradicendum pervenerit *§. 1. Inſt de pœn temerè litigant.* neque ſolum à principalibus ſed & ab eorum Advocatis hoc juramentum præſtari debet *l 2. pr. C. de jurejur. propter calumn.* quod tamen de jure Camerali aliter obtinet, quo non opus eſt, ut litigantes juramentum hoc præſtent, ſed ſufficit procuratores in ſuam & principalium animam jurare, quod credant bonam ſe habere cauſam, quod nullam dilationem fruſtrandi animo petere, quotieſcunq; in iure interrogati fuerint, veritatem celare nolint, neve ulli quid dent propter cauſæ victoriam, niſi quibus id jure permiſſum eſt, prout hæc omnia in juramenti calumniæ formula comprehenſa ſunt *part. 1. ordin tit. 65.* & dicitur *part 1. ord tit. 25 & part 3. tit. 13. §.* Dergleichen ſo der Eyd &c. quod fieri debeat hoc juramentum ſi poſtulatum fuerit, unde videtur hoc jure juramentum calumniæ tacitè remitti poſſe, quod ſecus ſe habet de jure communi, cum leges ſimpliciter & indiſtinctè remiſſionem hujus juramenti prohibeant *l. 2 § 4. C. de jurejur. calumn* ideoq; hoc jure nec expreſsè

nec tacitè remitti poteſt. *Magnif. & Nobiliſs. Dn. Præſ. Deciſ. 11. n 49 lib. 2.* Quo ipſo tamē non negamus propter anceps periculum perjurij huic juri per conſuetudines & ſtatuta derogari poſſe, *idem Dn. Præſ. d. Deciſ. 11. n. 52.* Præſtatur verò hoc juramentum in omnibus cauſis tam criminalibus quam civilibus, quibus probationis neceſſitas incumbit *l. 1. c. de jurejur. calumn.* Pœna recuſantis ſubire hoc juramentum eſt in Actore, ut cauſa cadat, nec penitus ei ad litem pervenire liceat; in Reo verò, ut pro confeſſo habeatur, & liceat judici ſententiam quemadmodum rei qualitas ipſi ſuggerit, proferre *l. 2. §. 6. c. de jurejur. propter calumn.*

52. *Secundum* eſt, *Compromiſſum c. 11. ext. de arbitr.* i. e. utriuſq; litigatoris promiſſum *l. 11. §. 4. de recept. arbitr.* & mutua ſtipulatio *l. 32. §. 18 eod.* qua litigatores ſibi invicem ſub pœna promiſſa cavent, ſe arbitri ſententia ſtare velle *d. l. 11 §. 2.* quod tamen de vero & perfecto compromiſſo intelligendum eſt, aliquando enim id etiam ſine mutua pœnæ ſtipulatione conſtituitur. *l. 27. §. ult. ff. eod. l. 5. c. eod.* quod imperfectum dici poteſt, *Mejer. lib. 4 ff. tit. 8. th 2.* Compromittitur autem ideo in arbitrum, ut arbiter ſententia ſua lites dirimat *l. 1. & 37. ff. de recept. arbitr.* ad quod ſc. ut ſententiam dicat, poteſt Prætor cogi eum qui ſemel arbitrium in ſe recepit. *l. 3 § 1. & 2. l. 11. §. 1. l. 21. §. 5. eod.*

Recepiſſe verò arbitrium videtur qui judicis partes ſuſcepit, finemq; ſe ſua ſententia controverſiis impoſiturum pollicetur, non etiam is qui experitur an conſilio ſuo vel authoritate diſcuti litem litigatores patiantur *l. 13. §. 2. eod.* plura de hoc vid. *apud Marant. part. 6. de compromiſſ. & Mejer. d. loc.*

53. *Tertium* eſt *Dilatio* quæ eſt certi termini ad judiciales actus perficiendos prorogatio & aſſignatio. Sunt autem multæ dilationes quæ in judiciis interveniunt, uti ſupra th. 49. diximus. Hic verò probatoriam tantùm intelligimus quæ poſt litē conteſtatam ad producendum teſtes vel inſtrumenta datur *l. 1. c. de dilation.* Dant autem ejuſmodi dilationes Judices pro tribunali *l 4 c de dilat.* non tamen pluries quam ſemel, niſi cum cauſa cognita neceſſarium putet judex, ut adhuc ſemel dentur *l. 7. ff. de feriis. l. 1. c. de dilation.* atq; hoc in pecuniariis cauſis ita

obti-

obtinet,ut regulariter non plus, quam ſemel dentur, in criminalibus verò cauſis dantur plures dilationes probatoriæ, accuſatori ſc:duæ, reo verò tres *l. fin ff. de feriis*. Tempus dilationis eſt ſecundum longinquitatem & vicinitatem loci vel dilatandum vel abbreviandum,ut ſi ex ea provincia, ubi lis agitur vel perſona vel inſtrumenta poſcantur, non amplius quam tres menſes indulgeantur, ſi verò ex continentibus provinciis ſex menſes, in tranſmarina dilatione novem menſes computari oportet *l. 1 c. de dilat.* Operantur verò dilationes id,ut ſive pars ſive integra dilatio data fuerit, judicis officium eo uſq; conquieſcat,donec petiti temporis defluxerint curricula *l. 3. c. de dilat.*

54. *Quartum* eſt *Poſitio* & *articulorum productio*. Poſitio eſt pars intentionis continens id ſuper quo petit quis ab adverſario reſponderi *Bl. in lege generaliter §. ſed juramento c. de reb. cred.* Articulus eſt pars intentionis,continens id quod quis probare intendit per teſtes vel ſcripturas, unde ordo eſt,ut prius reſpondeatur toti intentioni, deinde actor ponit negotium,& diſtribuit in certas poſitiones quibus reus dato termino mediante juramento reſpondere cogitur, quo facto datur alius terminus ad producendos articulos , ſuper his quæ in poſitionibus non ſunt confeſſata. Articuli etiam interdum vocantur in jure capitula *cap. 48. & ibidem Abbas column. fin. ext. de teſtibus.* Sed capitulum eſt nomen magis generale, & poteſt comprehendere utrumque tam poſitionem quam articulum *Bl. de loc.* quare terminus datus ad capitulandum, intelligitur datus tam ad ponendum quam ad articulandum, ut in criminalibus, ubi dantur reo capitula ſuper quibus formatur inquiſitio,quæ ſunt loco tam poſitionum quam articulorum *cap. 24. Ext. de accuſat. Plenius* de his vide *Speculat. in tit. de poſition.*

55. *Quintum* eſt *confeſſio* quæ poſitiones ſequi *cap. 1. & 2. de confeſſ. in 6to.* & probationes antecedere ſolet. Relevat n. alteram partem ab onere probandi, cum nemo ſit gravandus nõ neceſſariis. Eſt autem *confeſſio alia Judicialis, alia extrajudicialis. Illa* dicitur quæ fit in judicio coram judice pro tribunali ſedente; *hæc* verò quæ fit extra judicium. Et *hæc* quæ fit extra judicium ſi in vim probationis in judicium producatur, tunc in civilibus,ſi facta ſit altera parte præſente, & per duos teſtes pro-

bari poſſit, facit plenam probationem & præjudicat etiam hæredi confitentis *ſecundum Baldum l. 1. column fin. verſic. de uno quæro c. ex delicto defuncti.* Si verò facta ſit parte abſente, tunc probata per duos teſtes facit ſolam præſumptionem i. e. ſemiplenam probationem *gl. in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Sed in criminalibus talis confeſſio extrajudicialis ſive parte præſente, ſive abſente facta ſit, facit indicium ſufficiens ad torturam *gl. in l. 25 ff ad L. Jul. de adult.* illa verò ſc. judicialis habet vim ſententiæ, & rei judicatæ in civilibus, adeo ut non expectet aliud niſi præceptum de ſolvendo *l un c. de confeſſ.*

56. *Sextum* eſt *Teſtium productio.* Nam dato termino ad probandum, & præſentatis articulis ſive poſitionibus, habitaq; reſponſione partis, quæ negavit poſitiones, neceſſe eſt, probare id, quod in articulis continetur, quod tandem per teſtes fieri poteſt, qui ad id ſolent produci & citari, ut ſc. veniant prima die juridica, coram judice ad jurandum & deponendum teſtimonium veritatis, ſuper articulis præſentatis vel præſentandis. Et iſta citatio teſtium requiritur ad hoc, ut appareat, quod ſe non ſponte ingerunt, ſed rogati, quia alias ſi ultro ſe ingererent, eſſent ſuſpecti de falſo *Bartol. in l 5. § 10. ff. de his quib. ut indig.* Requiritur etiam citatio partis ad videndum jurare teſtes, adeo ut ſi pars non eſſet citata, nec aliter præſens juramento, nihil valeret teſtium depoſitio *l. 19 c. de teſtib cap. 2 Ext de teſtib.*

57. *Septimum* eſt *Interrogatoriorum præſentatio*, ſi pars adverſa articulis opponit contra teſtes ad inſtructionem judicis, ut veritas tantò rectius examinetur. *c 2. de teſtib. in 6to.* quorum copia non datur parti alteri, ne inſtruantur teſtes ad falſum *Geil lib. 1 obſ. 95.* ipſe autem judex vel commiſſarius, cui teſtium examen commiſſum eſt, interrogatoria ex officio examinare, & impertinentia ac inutilia tam generalia quam ſpecialia reſecare & rejicere poteſt. *Marant. part 6. de interrog.* Si verò pars producit interrogatoria, & judex omittit interrogare teſtes ſuper illa, tunc per hoc non invalidatur examen, ſed remanet facultas parti ut poſtulet repeti teſtes ad interrogatoria etiam poſt publicationem examinis. *Mynſ obſ. 32 cent. 1.*

58 *Octavum* eſt *Inſtrumentorum productio.* Sunt autem inſtrumenta *publica vel privata. Publica* ſunt, quæ per manum

No-

Notarii conficiuntur, quibus vel maximè fides habetur, quod Notarii initio ſui officii jurant, ſe fideliter hoc officium ſcribendi geſturos, nihilq; præterquam quod viderint vel audiverint ſcripturos; His æquiparantur etiam illæ ſcripturæ, quæ trium vel amplius probatæ atq; integræ opinionis, vel idoneorum, & fide dignorum teſtium ſubſcriptionem habent *l. 11. c. qui petior in pign* Item publica intelliguntur eſſe, quæ publico aliquo ſigillo ſignata ſunt, *cap poſt ceſſionem de probation.* perindeq; probant atq; ſcripturæ à Notario confectæ; ſic pro publicis habentur ſcripturæ actis inſinuatæ *l fin. C. de re judic.* *Privatum* eſt, quod à privato confectum, nec authentici ſigilli nec teſtium adminiculum habet, nihilq; probat, ſi negetur ſcriptura, *Sichard in rubr. c. de fid inſtrum n 12.* Si verò recognoſcatur tunc ſi perſonalis actio exerceatur, eandem vim habet, quã publica, modo ſubſcripta ſit à contrahentibus. Si verò jus pignoris vel hypothecæ ex talibus ſcripturis vindicare quis ſibi velit, tunc inſtrumentum publicum prolatum, quamvis tempore poſterius ſit, præferri debet. *d. l. 11. c. qui potior in pign.* ut autem probent aliquid inſtrumenta, neceſſe eſt, ut Originalia ipſa, nõ verò eorum exempla producantur *l 2 D. de fid. inſtrum.* Exempla enim nullam fidem merentur *cap. 1. Ext. de fid. inſtrum.* niſi authoritate judicis, vel per publicam perſonam deſcripta ſint. *c. fin. ext. de fid. inſtrum* Non ſolum autem inſtrumenta, & quæcunq; documenta literaria intra terminum ad probandum indultum, ſed eo quoq; elapſo, etiam poſt publicationem teſtium uſq; ad concluſionem in cauſa produci poſſunt *c. 9 de fid. inſtrum.* quia in his non verſatur ſubornationis metus, quemadmodum in teſtibus *cap fraternitatis de teſtibus*, imò etiam poſt concluſionem uſq; ad ſententiam ut in criminalibus, in quibus ſemper uſq; ad ſententiam poteſt detegi innocentia accuſati *l. 1. ſ. ult. de quæſt.* De ſolennitatibus à Notariis in faciendis inſtrumentis obſervandis vide *Schvvammann. in different.*

autem requiratur ad hoc, ut hoc juramentum poſſit deferri *vide apud Myſing. cent. 1. obſ. 68.* interdum *litis deciſorium l. 38. ff. de jurejur.* ut quando unus ex litigatoribus non poteſt probare ſuam intentionem, & dicit ad alterum, ego volo ſtare juramento tuo, tunc tenetur hic vel jurare, vel juramentum referre, dicendo, jures tu, & ſi hoc non fecerit, habetur pro confeſſo *d. l. 38.* Dicitur autem deciſorium exinde, quia per ipſum deciditur lis, ſicut per ſententiam adeo quod ultra non admittatur alia probatio in contrarium *l. 2. & 5. §. 2. de jurejur l. 1. c. de rebus cred.* interdum *juramentum purgationis*, quod defertur reo tam in cauſis criminalibus quam civilibus quando contra reum ſunt aliqua indicia vel ſemiplena probatio, ita ut non poſſit definitivè condemnari, tunc enim jurare tenetur reus, ſe non teneri ad debitum, vel non commiſiſſe tale delictum, ut ita abſolvi poſſit *l. 31. de jurejur. auth. novo jure. c. de pœn. judicis qui malè judic. l. 4. c. de falſ.* Interdum etiam alia juramenta præſtantur de quibus videri poteſt *Marant. de loc. de jurament.*

60. *Decimum* eſt *Actorum editio*: Is enim apud quem res agitur i.e. judex, acta publica tam civilia quam criminalia petentibus exhiberi inſpicienda ad inveſtigandam veritatis fidem jubebit. *l. 2. c. de edend.* adeo ut ſi quis judice mandante non vult acta edere, præſumatur in dolo. *l. 199 de R. J.* Dicuntur autem acta quædam judicii propriè, quædam acta litis, ſive cauſæ: illa ſunt quæ tendunt ad judiciorum ſolennitatem & ordinem, ut ſunt citationes libelli, ſatisdationes, litis conteſtationes publicationes, &c. hæc verò ſunt quæ reſpiciunt factum pro victoria cauſæ obtinenda, ut ſunt atteſtationes confeſſiones, ſcripturæ & aliæ probationes &c. *c. 11. ext. de probationibus.*

61. *Undecimum* eſt *Proceſſus*, i.e. probationum publicatio, cujus effectus eſt, ut ſuper iiſdem vel directò contrariis articulis in eadem vel alia inſtantia iidem vel alii teſtes produci nequeant, *auth atqui ſemel c. de probation.* exceptis caſibus poſitis *in d. auth, & à Geil. obſerv. 105. lib. 1.*

62. *Duodecimum* eſt *Accuſatio incidens*, quæ fit quando altera partium in proceſſu advertit aliquam falſitatem eſſe in teſtibus vel ſcripturis, tunc enim poteſt teſtes vel adverſarium accuſare de falſo *l. penult. c. de probat. l. 14 c. de teſt.* qui ob id puniri

poſ-

poſſunt per judicem, coram quo falſum depoſuerunt, etiamſi alias ſit illorum incompetens judex *d.l.14.* modo habeat poteſtatem de tali crimine cognoſcendi illudq; puniendi *l. 31. ff. ad L. Cornel. de falſ.*

63. *Decimum tertium* eſt *Teſtium reprobatio*, ſeu repulſio, quæ ut locum habeat, requiritur, ut quis antè publicationem ſit proteſtatus, ſe velle reprobare teſtes, vel ut probet quod poſt publicationem demum habuit notitiam de defectibus & exceptionibus contra teſtes, vel ſi non fuit proteſtatus, ut juret, ſe non petere repulſam ex malitia *cap. 31 Ext. de teſtib.* Fit autem illa vel contra teſtium perſonas, ut quando reprobantur teſtes ob inde, quod ſint fures vel latrones &c. vel contra teſtium dicta, ut quando falſum dixerunt, vel non de ſenſu proprio depoſuerunt, vel varii in eorum dictis ſunt &c. Non tamen ſufficit eorum crimina & dicta in genere allegare & repulſare, ſed neceſſe eſt, ut in ſpecie eis crimina opponantur, puta quod fecerint hoc vel tale crimen, furtum adulterium &c. & dicta eorum refutentur, ob quam ſc. rationem ſint falſarii, varii &c. *c. 2. §. teſtes de teſtibus in 6to.* Objiciens autem talia crimina debet ea probare, aliàs injuriarum tenetur, quia qui non probat quod opponit, etiam excipiendo calumniari videtur *l. 1. c. de Advocat. diverſ. Judicum* & actione injuriarum conveniri poteſt *l. 31. c. de liberal. cauſ.*

64. *Decimum quartum* eſt *Tortura* quæ non paſſim ex qualibet cauſa decernenda eſt, ſed ad eam inſtituendam requiritur 1. ut cauſa & accuſatio ſit criminalis, eaq; atrox & capitalis *l. 1. pr. l. 8. ff. de quæſt.* 2. ut non adſint aliæ probationes ex quibus veritas haberi poſſit *d. l. 8.* 3. Ut multis indiciis oneratus & argumentis penè convictus ſit reus *l. 1. §. 1. l. 18. §. 1 l fin ff. de quæſt.* His autem non concurrentibus judex ad quæſtionem procedere non debet, adeo, ut ſi ſecus faciat, capitali pœna pu-

reus tormentis ſubjectis nihil fateri velit: Et quamvis de hac variæ ſint Dd. opiniones, tamen ipſum abſolvendum eſſe exiſtimamus *l.fin ff.de calumniat l.7 & 8. de quaſt. Fachin.lib 1. controv.33. Bachov.ad Tr. Vol poſter. d.31.th 5.lit. G. Vide Hyppol. de Marſil.* qui ſatis copioſè de hac materia ſcripſit *in ſua lectur. ſuper tit. de quaſtion.*

65. *Decimum quintum* eſt *Concluſio in cauſa*, qua renunciatur omnibus probationibus & defenſionibus *c. cum dilectus de fid. inſtrum.* quæ tamen interdum nihilominus ex juſta cauſa etiam poſt concluſionem admittuntur ut 1. Si probationes poſt concluſionem de novo reperiantur *c. paſtoralis de except.* hoc enim caſu judex ad partis ſupplicationem cauſa cognita concluſionem reſcindere, & novas probationes admittere debet. 2. Si cauſa ſit criminalis *l 18.§.9.de quaſt* 3. Si ſint de jure *auth. jubemus. c.de Judic.*legum enim & jurium allegatio nunquam prohibita eſt. *Bl in d. auth.* & multis aliis modis *vid. Geil. obſ.17.Cent.3 Mynſing.lib.1.obſerv. 107.* quoad judicem verò nunquam in cauſa concluditur, & ideo is ex officio concluſionem reſcindere ulterioremq; probationem partibus injungere poteſt. *c cum Johann. de fid.inſtrum.*

66. *Decimum ſextum* & ultimum hujus ſecundæ partis membrum eſt *allegatio & diſputatio.* Nam facta concluſione ſolet judex ſtatuere terminum ambabus partibus ad allegandum in jure pro inſtructione cauſæ & judicis, *Marant d. loc de alleg.* Ante omnia enim judices rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere debent *l 9.c.de judic* præbita patientia reſpondendi & objiciendi, adeo ut frequenter interrogare debeant, nunquid forte prætermiſſum ſit, quod annecti conveniat *l 3 ibi cauſſis cognitis c. de ſentent.ex brevicul. can.11 cauſa 30 q.5.* Et tantum de ſecunda judicii parte.

67 *TERTIA Judicii pars* continet potiſſimum in ſe *tria membra. Primum* eſt *Sententia* quæ eſt controverſiæ inter partes litigantes per judicem declaratio & definitio, reum abſolvendo vel condemnando facta *l 19 § 1. de recept.arbitr. l.1.de re judicat.* Eſtq; duplex, *inter locutoria* & *definitiva. Inter locutoria eſt*, quæ non ſuper negotio principali ſed emergenti vel incidente inter principium & finem cauſæ interloquendo fertur,

tur, Et hæc iterum duplex, *ſimplex* vel *mixta*. Simplex quæ in finibus Interlocutoriæ conſiſtens nullum præjudicium in principali affert. *Geil cent.1.obſ.129.* vocaturq; Bey Vrtheil/daß nicht krafft eines Endvrtheils hat/ *part.3.ord.tit.31.§.* vnd ſo fern etc. *part. 2. ord. tit.28.§. fin.* *Mixta* quæ ulterius progrediens principali negotio per conſequentiam præjudicium affert, appellaturq; Beyvrtheil/ daß krafft eines Endvrtheils hat. *part.2.ord.tit.29.§.* Vnd ſo von bey Vrtheilen etc. *part.3.ord.tit.31.§.* Wo aber von etc. *Definitiva* ſententia eſt, quæ finem imponit toti cauſæ ſeu principali in judicium deductæ *l.1.& 28 ff.de re judic. Treutl. vol.2 D.23 th.1 lit. F.* ut autem hæc valeat requiritur ut judex ſit competens *l. 2. c.de ſentent ex brevicul.l. 28 de re judic.* & ut judicet ſecundum formam à legibus præſcriptam, alioquin nulla erit ſententia *l.4.c.de ſent.* & interlocut. Forma verò hæc eſt, ut pronuncietur ſententia de ſcripto *l. 2. & 3. c. de ſent. ex brevicul.* ab ipſo Judice *l.1 c. de ſent. ex brevic.* (quod hodie ſolet fieri per Actuarium) pro tribunali ſedente *Nov. 82. c. 3. l. 6. C. de ſentent. & interlocut* in loco conſueto *l penult. de Juſtit. & jur.* interdiu *d. N.c.3.* citatis ad hoc litigatoribus vel tribus edictis, vel uno pro tribus *l 53. §.1. de re judicata. l. 72. de judic.* præterea debet ſententia eſſe juri conſentanea *l. 32. de re judic.* & ſecundum acta & probata prolata *l.6.§.1 de officio Præſid.* quando autem ſententia poſſit revocari, & multa alia ad ſententiam pertinentia *vide apud Marant.part. 6.de ſent.*

68. *Secundum* eſt *Appellatio* quæ eſt ab inferioris judicis ſententia vel gravamine ad ſuperiorem gradatim facta provocatio, ut is cauſam antea quidem cognitam ſed ut appellans intendit, injuſtè definitam, denuo cognoſcat, & ſententiam prius latam in melius reformet *l.1.§ 3.de appellat.c.3.de appell in 6to.l 29 C.de appellat. Nov 17. c.3.Nov.23 c.4.l.25. de adminiſtrat.tut.l.1 princip. de appellat. l.1 § fin. ad SCtum Turpill. Weſenb. in parat. de appellat. n 3.* Eſtq; *duplex*: *judicialis* & *extra judicialis*, *c.5. Ext.de appellat. Illa* eſt cum à ſententia definitiva & interlocutoria *l 2. de appell.recipiend. l.27.de re judic.l.2.* C. de appellat. de jure enim non in diſtinctè ab omni gravamine vel

à decretis ſive mandatis aliisq; actibus extra judicialibus provocetur quod de jure Canonico indiſtinctè fieri poteſt. *c. 8 de appellat. in 6to*. De jure verò civili ab ijs tantum extrajudicialibus provocatur, quæ formam aut vim ſententiæ judicialis continent *l. 1 §. 3 quando appellandum. l 21 § 2. de appellat.* Debet verò appellatio interponi intra decendium *auth. hodie C de appellat. Nov. 23 c. 1.* à die latæ ſententiæ *l. 1 § 5. D. quando appellandum* qua interpoſita Apoſtolos appellans intra triginta dies petere *l, 24. C. de appellat. c. 6. de appell. in 6to* & intra annum ſive ex juſta cauſa biennium appellationem proſequi tenetur *Auth. et qui C. de temporib. appellat.* adeo ut ſi ſtatutum tempus non obſervetur, appellatio pro deſerta habeatur *l 5 § 4 C. de tempor. appellat.* A quibus autem judicibus & ad quos judices appellari poſſit, item, qui nam poſſint vel non poſſint appellare *vid. apud Marant. part 6. de appell ut & tit ff & C. de appellationibus*.

69. *Tertium* & ultimum eſt *Executio*, quæ eſt rei judicatæ perſecutio, ac perfectio *l. ult. & pen C de execut rei jud.* ad quam pervenitur judicati actione *l 6 § 3 de re judic. l 4 § 3. eod.* quæ perpetua eſt & hæredibus competit *d. l. 6.* debet tamen victor poſt ſententiam expectare tempus quatuor menſium, antequam hanc actionem inſtituat, & videre an reus intra hoc tempus judicatum ſolvere velit ſecundum *l. 2. & 3. C. de uſur. rei judic.* pro cauſæ verò qualitate & quantitate perſonarum obſequio vel contumacia poteſt id tempus arctari vel prorogari *l. 2. ff de re judic.* Exequi autem poteſt is, qui jurisdictionem habet, quales ſunt Magiſtratus ordinarii *l. 15 in pr ff. de re judic.* adeo ut etiam ſententiam non à ſe ſed à dato judice notionem tantùm, non etiam jurisdictionem habente, latam, exequi teneatur *d l. 15.* atq; adeo rei judicatæ vigorem ad effectum deducere *l. 8. C de execut, rei judic.* Si verò res in qua Executio facienda, in alterius territorio ſeu jurisdictione ſita ſit, tunc iſtius territorii judex, requiri debet à judice, qui ſententiam tulit, & requiſitus exequi tenetur, in bonis ſuæ jurisdictioni ſubjectis *d. l, 15. § 1.* Et ſuper hoc meritò auxilium ſuum imperti re tenetur, quia jurisdictio una per aliam adjuvanda eſt *c. 1. Ext. de offic. Judic. ordinar.* Quomodo autem & ex quibus cauſis executio impediri poteſt, *vide Speculator. in tit. de execut. ſentent § fin.*

70. *Quarta cauſa Judicii* dicitur *Finalis*, quæ diverſimodè cõſiderari poteſt; reſpectu enim ſtatus publici cauſa finalis judicii pax

eſt

eſt & tranquillitas, quæ conſervatur inter cives vigore judiciorum: nam ſi permitteretur ipſis privata vindicta, tunc cives ſeipſos invicem trucidarent & ſpoliarent, omniaq; ſub quocunq; prætextu ad ſe raperent, unde multa mala orirentur *arg l.6.C ad L.Jul.de vi publ.* ideoq; ſeveriſſimè interdictum eſt, ne quis ſibi ipſi jus dicere privatim tentet *l 13 quod metus cauſa l 7.C, unde vi l. fin. & penult ff. ad L. Jul. de vi privat.* Reſpectu verò Judicis eſt Juſtitia, quam causâ ſecundum juris & æqui rationem diſceptata partibus tribuere debet *l.1.ff de in jus vocando pr. Inſt. de offic. Judic.* quod fit ſi victorem abſolvat, & victum condemnet *l.1.de re jud.* vel ſi faciat, ut victor re adjudicata ſine controverſia uti poſſit, & victus à re aliena abſtineat.

71. *Effectus* Judicii eſt, quod reddatur in reum invitum *l. 83. §. de V.O.* non verò actorem, niſi poſt litis conteſtationem *Auth. qui ſemel C. quom. & qn. judex.* item ut inducat obligationem quaſi ex contractu *l.3. §. 11 de pecul.* ut perpetuet actiones aliàs temporales & transmittat in heredes, quæ alias tranſire non ſolent, præſertim poſt litem conteſtatam *l. un. C.ex delicto defunct. l.ult. C. de præſcript, 30. annor.* ut continentia cauſſæ non diſtrahatur *l. 10. C. hoc t.* ut interrumpat præſcriptionem *l 8.& ult. C. de præſcript. 30. annor,* quia ex bona fide, ſine qua non procedit uſucapio, *Auth. malæ fidei, cum lege ſequent. C de præſcript. longi temporis*, conſtituit poſſeſſorem in mala fide *l, 10.C.de acquir. poſſ l 25 §.5. de petit hæred.* Contra verò à præſumpta mala fide moraq; & dolo excuſat eum qui ad judicium provocat. *l 63. de Reg Jur.* Plures vid. *apud VVeſenb. paratit, C.h.t.n 10.*

72. *Affinia* judicij ſunt arbitrium *l. 1 de arbitr.* tranſactio *l.non minor. C. de transact.* jusjurandum *l.56. de re judic. l. 1. & 2. de jurejur.* Confeſſio *l 1 de confeſſis*, privata vindicta & defenſio *l. un. C. quando licet unicuiq; ſeipſum vendicare l. 13. C. de Judæis, &c.* de quibus omnibus habentur *toti tit. in ff. & C.*

73. *Contraria* ſunt quæ judicium vel impediunt incipiendum,

bus, quibus judicium ex delicto poſt litem conteſtatam in hæredes tranſit *l. un. C ex delicto defuncti*. Item morte delegantis judicium delegatum ſolvitur *l. 6. de juriſdict.* niſi ſucceſſor confirmet delegatum *gl. in l. 49. in fin. ff. de judic.* Hoc fit ſi intra terminum præfixum non judicetur *l. 2. § 2 ff. de judic.* Si vetet judicare is, qui dedit judicem *l. 58. ff eod.* aut par in imperio delegatus illi factus ſit *d. l. 58.* ſi mutuo conſenſu lite decedatur *l 2. pr. ſi quis caution. l. 4. C. de pactis.* Si reus paratus ſit ſolvere *l. 21. de judic. &c.* Retro nullum reddunt judicium incompetentia Judicis & Juriſdictionis *l. ult. & tot. tit. C. ſi à non competent. judic.* illegitimatio litigatorum *l. 24. C. de procurat.* item omiſſio formæ & legitimi proceſſus. *l. 4. & 6. de ſentent. & interlocut.* ut ſi litis conteſtatio *arg. l. 1. C. de lit. conteſtat.* vel juramentum calumniæ ſit omiſſum *l. 2 pr. & § . 4 & 6. C. de Jurejur. propter calumn.* Vel ſi teſtes injurati abſq; remiſſione partium examinati ſint. *l 9. C. de teſtib.* Et hæc exigua de tam ampla & per totum jus diffuſa juris materia pro ratione inſtituti propoſuiſſe ſufficiant. Deo T. O. M. ſit laus & gloria in infinita ſecula.

ROMA

FINIS.